mum tuam in holocaustis: reddam tibi uota
mea que distinxerunt labia mea. Et lo
cutum est os meum: in tribulatione mea. Ho
locausta medullata offeram tibi cum incenso
arietum: offeram tibi boues cum hircis. Ve
nite audite et narrabo omnes qui timetis

deum: quanta fecit anime mee. Ad ipsum
ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exau
diet dominus. Propterea exaudiuit deus: ⁊ atten
dit uoci deprecationis mee. Benedictus de
us: qui non amouit orationem meam ⁊ mi
sericordiam suam a me. Psalmus dauid.
Deus misereatur nostri ⁊ benedicat nobis:
illuminet uultum suum super nos ⁊ mise
reatur nostri. Ut cognoscamus in terra uiam
tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Con
fiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi po
puli omnes. Letentur ⁊ exultent gentes:
quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in
terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus:
confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fruc
tum suum. Benedicat nos deus deus noster:
benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines
terre. Psalmus dauid.
Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius:
et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Si
cut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera
a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur ⁊ exultent in conspectu
dei: ⁊ delectentur in leticia. Cantate deo psal
mum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascen
dit super occasum: dominus nomen illi. Exul

tate in conspectu eius turbabuntur a facie eius
patris orphanorum et iudicis uiduarum. Deus
in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit
unius moris in domo. Qui educit uinctos
in fortitudine: similiter eos qui exasperant q
habitant in sepulcris. Deus cum egredieris
in conspectu populi tui: cum pertransieris in de-
serto. Terra mota est et enim celi distillauerunt
a facie dei synay: a facie dei ysrael. Pluuiam
uoluntariam segregabis deus hereditati tue
et infirmata est: tu uero perfecisti eam. Anima
lia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine
tua pauperi deus. Dominus dabit uerbum
euangelizantibus: uirtute multa. Rex uir
tutum dilecti dilecti: et speciei domus diuidere
spolia. Si dormiatis inter medios cleros
penne columbe deargentate: et posteriora dor
si eius in pallore auri. Dum discernit celestis
reges super eam: niue dealbabuntur in selmon:
mons dei mons pinguis. Mons coagulatus
mons pinguis: ut quid suspicamini montes
coagulatos. Mons in quo beneplacitum est
deo habitare in eo: et enim dominus habitabit in
finem. Currus dei decem milibus multiplex
milia letancium: dominus in eis in syna in sancto.
Ascendisti in altum: cepisti captiuitatem: ac
cepisti dona in hominibus. Et enim non credentes

inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die
quotidie: prosperum iter faciet nobis deus
salutarium nostrorum. Deus noster deus sal
uos faciendi: et domini domini exitus mortis.
Verumtamen deus confringet capita inimicorum
suorum: uerticem capilli perambulantium in delictis
suis. Dixit dominus ex basan conuertam: conuertam in profun
dum maris. Ut intingatur pes tuus in san
guine: lingua canum tuorum ex inimicis ab
ipso. Uiderunt ingressus tuos deus: ingressus
dei mei regis mei qui est in sancto. Preuenerunt
principes coniuncti psallentibus: in medio iuuen
cularum tympanistriarum. In ecclesiis benedi
cite deo domino: de fontibus ysrael. Ibi beniamin
adolescentulus: in mentis excessu. Principes
iuda duces eorum: principes zabulon principes
neptalim. Manda deus uirtuti tue: confirma
deus hoc quod operatus es in nobis. A templo
tuo in yerusalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis: congregatio taurorum
in uaccis populorum: ut excludant eos qui pro
bati sunt argento. Dissipa gentes que bella
uolunt: uenient ligati ex egypto: ethiopia pre
ueniet manus eius deo. Regna terre cantate
deo: psallite domino. Psallite deo qui ascendit super
celum celi: ad orientem. Ecce dabit uoci
sue uocem uirtutis: date gloriam deo: super

ysrael magnificentia eius ⁊ uirtus eius in nu
bibus. Mirabilis deus in sanctis suis: deus ysra
el ipse dabit uirtutem ⁊ fortitudine plebi sue:
benedictus deus.



℣. Deus ui
tam meaz
annuntia
ui tibi.

a. In ecclesijs benedicite domino.



a. Amplius laua me dñe ab iniusticia mea.



ps. Miserere. Euouae. añ. Te decet ymnus




deus in syon. ps. Ipm Euouae. añ. Labia



mea laudabũt te in uita mea deus meus.


ps



ps. Deus deus. Euouae. añ. Dominus iudi



cabit fines terre. ps. Exultauit. Euouae.



a. Celi celorum laudate deum. ps. Laudate.




Euouae. añ. Salutez ex inimicis nostris et



de manu omnium qui oderunt nos libera



nos domine. ps. Benedictus. Euouae.



a. Adoremus dominum. Quoniam ipse fecit nos

Venite. ps. Domine. Euouae. Ps.
SAluum me fac deus: quoniam intra
uerunt aque usqz ad animam
meam. Infixus ~~suz~~ sum in
limo profundi: et nō est substā
tia. Ueni in altitudinez ma
ris: et tempestas demersit me.
Laboraui clamans: rauce facte sunt fauces mee:
defecerunt oculi mei duz spero in deum meuz.
Multiplicati sunt sup capillos capitis mei:
qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui
persecuti sunt me inimici mei iniuste: que nō
rapui tunc exoluebaz. Deus tu scis insipien
tiam meam: ⁊ delicta mea a te nō sunt abscondi
ta. Non erubescant in me qui expectant te dn̄e:
dn̄e uirtutuz. Non confundantur sup me: q que
runt te deus ysrael. Qm̄ propter te sustinui ob
probriuz: operuit confusio faciem meaz. Extrane
factus sum fratribus meis: ⁊ peregrinus filijs
matris mee. Qm̄ zelus domus tue come
dit me: ⁊ obprobria exprobrantiuz tibi ceciderūt
super me. Et operui in ieiunio animaz meaz:
et factum est obprobriuz mihi. Et posui ue
stimentuz meū ciliciuz: ⁊ factus suz illis i pa

rabolam. Aduersum me loquebantur q sede
bant in porta: et in me psallebant qui bibebāt
uinuz. Ego uero orationez meaz ad te dn̄e:
tempus beneplaciti deus. In multitudine
misericordie tue exaudi me: in ueritate salutis
tue. Eripe me de luto ut nō infigar: libera
me ab his qui oderunt me ⁊ de profundis aq
rum. Non me demergat tempestas aque: neqz
absorbeat me profunduz: neqz urgeat super
me puteus os suuz. Exaudi me dn̄e qm̄ beni
gna est misericordia tua: secundū multitudinem
miserationuz tuaruz respice in me. Et ne auer
tas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribu
lor uelociter exaudi me. Intende anime
mee ⁊ libera eam: propter inimicos meos eri
pe me. Tu scis improperiuz meuz ⁊ cōfusio
nem meaz: ⁊ reuerentiam meaz. In cōspectu
tuo sunt omnes qui tribulant me: improperiū
expectauit cor meū ⁊ miseriaz. Et sustinui q
simul contristaretur et nō fuit: qui cōsolaretur
et nō inueni. Et dederunt in escam meam
fel: et in siti mea potauerunt me aceto. Fiat
mensam eoꝝ coram ipsis in laqueuz: ⁊ in re
tributiones et in scandaluz. Obscurentur
oculi eoꝝ ne uideant: et dorsum eoꝝ semp
incurua. Effunde sup eos iram tuaz: ⁊ fu
ror ire tue cōprehendat eos. Fiat habitatio

eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit
qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti per
secuti sunt: et super dolorem vulnerum eorum
addiderunt. Appone iniquitatem super iniq
tatem eorum: et non intrent in iusticiam tuam.
Deleantur de libro viventium: et cum iustis non
scribantur. Ego sum pauper et dolens: salus tua
deus suscepit me. Laudabo nomen dei cum
cantico: et magnificabo eum in laude. Et
placebit deo super vitulum novellum: cornua
producentes et ungulas. Videant pauperes
et letentur: querite deum et vivet anima ve
stra. Quoniam exaudivit pauperes dominus: et vinctos
suos non despexit. Laudent illum celi et terra:
mare et omnia reptilia in eis. Quoniam deus
salvam faciet syon: et edificabuntur civita
tes iude. Et inhabitabunt ibi: et hereditate
acquirent eam. Et semen servorum eius pos
sidebit eam: et qui diligunt nomen eius habi
tabunt in ea. Ps.

Deus in adiutorium meum intende: domine
ad adiuvandum me festina. Confundan
tur et revereantur: qui querunt animam meam.
Avertantur retrorsum et erubescant: qui vo
lunt mihi mala. Avertantur statim erube
scentes: qui dicunt mihi euge euge. Exul
tent et letentur in te omnes qui querunt te:

et dicant semper magnificetur dominus qui dili
gunt salutare tuum. Ego vero egenus et pau
per sum: deus adiuva me. Adiutor meus et
liberator meus es tu: domine ne moreris. an.

Domine deus in adiutorium meum intende

an. Esto mihi. Euouae. Ps.

In te domine speravi non confundar in eternum:
in iusticia tua libera me et eripe me. Incli
na ad me aurem tuam: et salva me. Esto mihi
in deum protectorem et in locum munitum: ut
salvum me facias. Quoniam firmamentum me
um: et refugium meum es tu. Deus meus eripe
me de manu peccatoris: et de manu contra le
gem agentis et iniqui. Quoniam tu es patientia mea
domine: domine spes mea a iuventute mea. In te con
firmatus sum ex utero: de ventre matris mee
tu es protector meus. In te cantatio mea
semper: tamquam prodigium factus sum mul
tis et tu adiutor fortis. Repleatur os meum
laude: ut cantem gloriam tuam tota die ma
gnitudinem tuam. Ne proicias me in tempore se

nectutis: cuz defecerit uirtus mea ne derelin
quas me. Quia dixerunt inimici mei michi:
et qui custodiebant animaz meaz consilium
fecerunt in unu̅. Dicentes deus dereliquit
eum: persequimini ⁊ ꝯprehendite euz: quia
nō est qui eripiat. Deus ne elongeris a me:
deus meus in auxiluz meuz respice. Cōfun
dantur ⁊ deficiant detrahentes anime mee:
operiantur confusione ⁊ pudore qui querunt
mala mihi. Ego autez semꝑ sperabo: ⁊ adiciā
suꝑ omnem laudez tuam. Os meuz annū
tiabit iusticiaz tuaz: tota die salutare tuum.
Quoniaz nō cognoui literaturaz: introybo in
potentias dn̄i: dn̄e memorabor iusticie tue
solius. Deus docuisti me a iuuentute mea et
usq̧ nunc: pronunciabo mirabilia tua. Et
usq̧ in senectaz ⁊ seniuz: deus ne derelinquas
me. Donec annunciez brachiū tuuz: generatio
ni omni que uentura est. Potentiaz tuā et
iusticiaz tuaz deus usq̧ in altissima que fecisti
magnalia: deus quis similis tibi. Quantas
ostendisti michi tribulationes multas ⁊ malas:
et cōuersus uiuificasti me: et de abyssis terre
iterū reduxisti me. Multiplicasti magnificētiaz
tuaz: et conuersus consolatus es me. Nam ⁊
ego confitebor tibi in uasis psalmi ueritatem
tuaz deus: psallaz tibi in cythara sanct⁹ ysrael.

Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: ⁊
anima mea quaz redimisti. Sed et lingua
mea tota die meditabitur iusticiaz tuaz: cum
confusi et reueriti fuerint qui querunt mala
mihi.

Psalmus.

Deus iudiciuz tuum regi da: ⁊ iusticiaz
tuam filio regis. Iudicare populū tuuz
in iusticia: et pauperes tuos in iudicio. Susci
piant mōtes pacem populo: et colles iusticiā. Iudi
cabit pauꝑes ꝑpl'i: ⁊ saluos faciet filios pauꝑū: ⁊ hu̅ilia
bit calūniatorē. Et ꝑmanebit cū sole ⁊ an̄ lunā: in gene
ratione ⁊ gn̄ationez. Descēdet sic pluuia i uellus:
et sicut stillicidia stillantia suꝑ terram. Orietur
in dieb⁹ eius iusticia ⁊ habundantia pacis: do
nec auferatur luna. Et dominabitur a mari
usq̧ ad mare: et a flumine usq̧ ad terminos or
bis terraruz. Coram illo procident ethyopes:
et inimici ei⁹ terraz lingent. Reges tarsis et
insule munera offerent: reges arabuz ⁊ saba
dona adducent. Et adorabunt euz oēs reges:
omnes gentes seruiēt ei. Quia liberabit pau
perem a potente: et pauperez cui non erat ad
iutor. Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pau
perum saluas faciet. Ex usuris ⁊ iniquitate re
dimet animas eoꝝ: ⁊ honorabile nomen eoꝝ
coraz illo. Et uiuet et dabitur ei de auro
arabie: et adorabunt de ipso semꝑ: tota die

benedicent ei. Erit firmamentū in terra in
summis montiū: superextolletur sup libanū fruct⁹
eius: et florebunt de civitate sicut fenū terre.
Sit nomen eius benedictum in secula: ante
solem permanet nomen ei⁹. Et benedicentur
in ipso oēs tribus terre: omnes gentes magni
ficabunt eum. Benedictus dn̄s deus ysrael:
qui facit mirabilia solus. Et benedictū no
men maiestatis eius in eternū: et replebit̄
maiestate eius omnis terra: fiat fiat.

A. Esto mihi domine in deum protectorem.

A. Liberasti. Euouae. Ps.

Quam bonus ysrael deus: his qui recto
sunt corde. Mei autē pene moti sunt
pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia ze
lavi sup iniquos: pacem peccatorū videns. Q̄r
nō est respectus morti eo(rum): et firmamentū in
plaga eo(rum). In labore hominū nō sunt: et cū
hominibus nō flagellabuntur. Ideo tenuit
eos supbia: operti sunt iniquitate et impietate
sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorū:

transierunt in affectum cordis. Cogitaverunt et
locuti sunt nequitiā: iniquitatē in excelso locuti
sunt. Posuerunt in celum os suum: et lingua eo(rum)
transivit in terra. Ideo convertetur populus me⁹
hic: et dies pleni invenientur in eis. Et dixe
runt quomodo scit deus: et si est scientia in ex
celso. Ecce ipsi peccatores et habundantes i
seculo: obtinuerunt divitias. Et dixi: ergo
sine causa iustificavi cor meū: et lavi inter in
nocentes manus meas. Et fui flagellat⁹ tota
die: et castigatio mea in matutinis. Si dice
bam narrabo sic: ecce nationē filio(rum) tuorū
reprobavi. Existimabā ut cognoscerē: hoc
labor est ante me. Donec intrem in sanctua
rium dei: et intelligā in novissimis eo(rum). Ve
runtamen propter dolos posuisti eis: deiecisti
eos dū allevarentur. Quomodo facti sūt i de
solationē: subito defecerunt perierunt ꝓpter
iniquitatem suā. Velut somniū surgentiū:
dn̄e in civitate tua ymaginē ipso(rum) ad nichi
lum rediges. Quia inflamatū est cor meū:
et renes mei cōmutati sunt: et ego ad nichi
lum redactus sum et nescivi. Ut iumentum
factus sum apud te: et ego semp tecum. Te
nuisti manū dexteram meā: et in voluntate
tua deduxisti me: et cū gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui

super terram. Defecit caro mea et cor meum:
deus cordis mei et pars mea deus in eternum
Quia ecce qui elongant se a te peribunt: per
didisti omnes qui fornicantur abs te. Michi
autem adherere deo bonum est: ponere in do
mino deo spem meam. Ut annunciem omnes
predicationes tuas: in portis filie syon. ps.
Ut quid deus repulisti in finem: iratus
est furor tuus super oves pascue tue.
Memor esto congregationis tue: quam pos
sedisti ab initio. Redemisti virgam heredi
tatis tue: mons syon in quo habitasti in eo.
Leva manus tuas in superbias eorum in fi
nem: quanta malignatus est inimicus in
sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te in
medio sollemnitatis tue. Posuerunt signa
sua signa: et non cognoverunt sicut in exitu super
summum. Quasi in silva lignorum securibus
exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi
et ascia deiecerunt eam. Incenderunt igni
sanctuarium tuum: in terra polluerunt taber
naculum nominis tui. Dixerunt in corde
suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus
omnes dies festos dei a terra. Signa nostra
non vidimus: iam non est propheta: et nos
non cognoscet amplius. Usque quo deus impro
perabit inimicus: irritat adversarius nomen

tuum in finem. Ut quid avertis manum tuam
et dexteram tuam: de medio sinu tuo in finem.
Deus autem rex noster ante secula: operatus
est salutem in medio terre. Tu confirmasti
in virtute tua mare: contribulasti capita dra
conum in aquis. Tu confregisti capita dra
conis: dedisti eum escam populis ethiopum.
Tu dirupisti fontes et torrentes: tu sicca
sti fluvios ethan. Tuus est dies et tua est
nox: tu fabricatus es auroram et solem. Tu
fecisti omnes terminos terre: estatem et ver
tu plasmasti ea. Memor esto huius inimicus
improperavit domino: et populus insipiens
incitavit nomen tuum. Ne tradas bestiis
animas confitentes tibi: et animas pauperum
tuorum ne obliviscaris in finem. Respice in
testamentum tuum: quia repleti sunt qui ob
scurati sunt terre domibus iniquitatum.
Ne avertatur humilis factus confusus:
pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge deus iudica causam tuam: memor
esto improperiorum tuorum eorum que ab insipi
ente sunt tota die. Ne obliviscaris voces
inimicorum tuorum: superbia eorum qui
te oderunt ascendit semper.

℟. Liberasti virgam hereditatis tue. an.

Confitebimur tibi deus: cõfitebimur et invocabimus nomẽ tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iusticias iudicabo.

In ysrael. Euouae.

Liquefacta est terra et omnes q habitant in ea: ego cõfirmaui columnas eius. Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquẽtibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui adũsus deum iniquitatem. Quia neque ab oriẽte neque ab occidente: neque a desertis montibus: quoniam deus iudex est. Hunc humiliat et hunc exaltat: quia calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamen fex eius non est exinanita bibent omnes peccatores terre. Ego autem annunciabo in seculum: cantabo deo iacob. Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti. Psalmus.

Notus in iudea deus: in ysrael magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in syon. Ibi confregit

potencias arcuum scutum gladium et bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt sompnum suum: et nichil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus iacob: dormitauerũt qui ascenderunt equos. Tu terribilis es et qs resistet tibi: ex tunc ira tua. De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit et quieuit. Cum exurgeret in iudicio deus: ut saluos faceret omnes mansuetos terre. Quoniam cogitatio hominis cõfitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Vouete et reddite dño deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili et ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terre.

an. In ysrael magnum nomen eius.

an. Tu es deus. Euouae. Ps.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad deum et intendit mihi. In die tribulationis mee deum exquisiui manibus meis nocte contra eum: et nõ sum deceptus. Renuit cõso

lari anima mea: memor fui dei ⁊ delectatus sum
et exercitatus sum: et defecit spiritus meus.
Anticipauerunt uigilias oculi mei: turbatus
sum et nō sum locutus. Cogitaui dies anti
quos: ⁊ annos eternos in mente habui. Et
meditatus sum nocte cum corde meo: et exer
citabar ⁊ scopebam spiritum meum. Numquid in eternū
proiciet deus: et nō apponet ut cōplacitior sit
adhuc. Aut in finem misericordiam suam ab
scidet: a generatione in generationē. Aut obli
uiscetur misereri deus: aut continebit in ira
sua misericordias suas. Et dixi nunc cepi:
hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operum
domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis:
et in adinuentionibus tuis exercebor. Deus
in sancto uia tua: quis deus magnus sicut
deus noster: tu es deus qui facis mirabilia. No
tam fecisti in populis uirtutem tuam: redemisti
in brachio tuo populum tuum filios iacob ⁊ io
seph. Viderunt te aque deus: uiderunt te aque
et timuerunt: et turbate sunt abyssi. Multitu
do sonitus aquarum: uocem dederunt nubes.
Et enim sagitte tue transeunt: uox tonitrui
tui in rota. Illuxerunt coruscationes tue
orbi terre: cōmota est et contremuit terra.
In mari uia tua ⁊ semite tue in aquis multis:

et uestigia tua nō cognoscentur. Deduxisti
sicut oues populum tuum: in manu moysi et
aaron. Ps.
Attendite popule meus legem meam:
inclinate aurem uestram in uerba oris mei. Ape
riam in parabolis os meum: loquar propositio
nes ab initio. Quanta audiuimus ⁊ cognoui
mus ea: ⁊ patres nostri narrauerunt nobis.
Non sunt occultata a filijs eorum: in genera
tione altera. Narrantes laudes domini et
uirtutes eius: ⁊ mirabilia eius que fecit. Et
suscitauit testimonium in iacob: ⁊ legem posuit
in ysrael. Quanta mandauit patribus nostris
nota facere ea filijs suis: ut cognoscat generatio
altera. Filij qui nascentur ⁊ exurgent: et nar
rabunt filijs suis. Ut ponant in deo spem suam:
et nō obliuiscantur operum dei: ⁊ mandata
eius exquirant. Ne fiant sicut patres eorum:
generatio praua et exasperans. Generatio
que non direxit cor suum: ⁊ nō est creditus
cum deo spiritus eius. Filij efrem intenden
tes ⁊ mittentes arcum: conuersi sunt in die
belli. Non custodierunt testamentum dei: et
in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti
sunt benefactorum eius: et mirabilium eius
que ostendit eis. Coram patribus eorum
fecit mirabilia in terra egypti: in campo tanie

necos. Interrupit mare ⁊ perduxit eos: ⁊ statuit
aquas quasi in utre. Et deduxit eos in nube
diei: ⁊ tota nocte in illuminatione ignis. In
terrupit petram in heremo: et adaquauit eos
uelut in abysso multa. Et eduxit aquam
de petra: et deduxit tamquam flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram con
citauerunt excelsum in inaquoso. Et tem
ptauerunt deum in cordibus suis: ut peterent
escas animabus suis. Et male locuti sunt de
deo: dixerunt numquid poterit deus parare men
sam in deserto. Quoniam percussit petram et
fluxerunt aque: ⁊ torrentes inundauerunt.
Numquid et panem poterit dare: aut parare
mensam populo suo. Ideo audiuit dominus ⁊ di
stulit: et ignis accensus ē in iacob: ⁊ ira dei
ascendit in ysrael. Quia non crediderunt in
deo: nec sperauerunt in salutari eius. Et man
dauit nubibus desuper: et ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad manducandum:
et panem celi dedit eis. Panem angelorum
manducauit homo: cibaria misit eis in habun
dantia. Transtulit austrum de celo: et induxit
in uirtute sua africum. Et pluit super eos
sicut puluerem carnes: ⁊ sicut arenam maris uo
latilia pennata. Et ceciderunt in medio castro
rum eoꝝ: circa tabernacula eoꝝ. Et mandu

cauerunt et saturati sunt nimis: et desiderium
eoꝝ attulit eis: nō sunt fraudati a desiderio suo.
Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: et
ira dei ascēdit super eos. Et occidit pingues
eoꝝ: ⁊ electos ysrael impediuit. In omnibus
his peccauerunt adhuc: ⁊ nō crediderunt in
mirabilibus eius. Et defecerunt in uanitate
dies eoꝝ: et anni eoꝝ cū festinatione. Cum
occideret eos querebant eum: et reuertebantur
et diluculo ueniebant ad eum. Et rememo
rati sunt quia deus adiutor est eoꝝ: et deus
excelsus redēptor eoꝝ est. Et dilexerunt eū
in ore suo: ⁊ lingua sua mentiti sunt ei. Cor
autem eorum nō erat rectum cum eo: nec fideles
habiti sunt in testamento eius. Ipse autem
est misericors: et propitius fiet peccatis eoꝝ:
et nō disperdet eos. Et habundauit ut auer
teret iram suam: et nō accendit omnem iram
suam. Et recordatus ē quia caro sunt: spiritus
uadens et nō rediens. Quotiens exacerba
uerunt eum in deserto: in iram concitauerunt
eum in inaquoso. Et conuersi sunt ⁊ tēpta
uerunt deum: ⁊ sanctum ysrael exacerbaue
runt. Non sunt recordati manus eius: die
quā redemit eos de manu tribulantis. Sic
posuit in egypto signa sua: et prodigia sua
in campo taneos. Et conuertit in sanguinem

flumina eorum: et ymbres eorum ne bibe
rent. Misit in eos cinomiaz et comedit eos:
et ranam et disperdidit eos. Et dedit erugini
fructus eorum: et labores eorum locuste. Et occi
dit in grandine vineas eorum: et moros eorum
in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum:
et possessionez eorum igni. Misit in eos iram
indignationis sue: indignationez et iraz et tri
bulationez: immissiones per angelos malos.
Viam fecit semite ire sue: et nõ pepercit a
morte animabus eorum: et iumenta eorum in mor
te conclusit. Et percussit omne primogenituz
in terra egypti: primitias omnis laboris eorum
in tabernaculis cham. Et abstulit sic oues
populuz suuz: et perduxit eos tamquam gregem in
deserto. Et deduxit eos in spe et non timue
runt: et inimicos eorum operuit mare. Et indu
xit eos in montem sanctificationis sue: mõtez
quez acquisiuit dextera eius. Et eiecit a fa
cie eorum gentes: et sorte diuisit eis terraz in fu
niculo distributionis. Et habitare fecit in
tabernaculis eorum: tribus ysrael. Et tempta
uerunt et exacerbauerunt deuz excelsuz: et
testimonia eius nõ custodierunt. Et auerte
runt se et nõ seruauerunt pactuz: quemadmoduz
patres eorum conuersi sunt in arcuz prauum.
In iram concitauerunt euz in collibus suis:

et sculptilibus suis ad emulationez euz pro
uocauerunt. Audiuit deus et spreuit: et nichi
lum redegit valde ysrael. Et repulit ta
bernaculuz sylo: tabernaculuz suuz ubi habi
tauit in hominibus. Et tradidit in captiuitatē
virtutez eorum: et pulcritudinez eoruz in manus
inimici. Et conclusit in gladio populum suuz: et he
reditatez suaz spreuit. Iuuenes eorum co
medit ignis: et virgines eorum nõ sunt lamē
tate. Sacerdotes eoruz in gladio ceciderūt:
et vidue eorum nõ plorabantur. Et excitatus
est tamquam dormiens dominus: tamquam potens cra
pulatus a vino. Et percussit inimicos suos in
posteriora: obprobriuz sempiternum dedit
illis. Et repulit tabernaculum ioseph: et tri
bum effraym non elegit. Sed elegit tribū
iuda: montem syon quem dilexit. Et edi
ficauit sicut unicornium sanctificiuz suuz: in
terrā quam fundauit in secula. Et elegit
dauid seruum suuz: et sustulit euz de gregibus
ouium: de post fetantes accepit eum. Pascere
iacob seruum suum: et ysrael hereditatē suaz
Et pauit eos in innocentia cordis sui: et in
tellectibus manuum suarum deduxit eos.

Ant. Tu es deus qui facis mirabilia



℟. Propicius. Euouae. Ps.

Deus venerunt gentes in hereditatem
tuam: polluerunt templum sanctum tuum:
posuerunt yerusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticinia servorum tuorum escas
volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum be-
stijs terre. Effuderunt sanguinem eorum tamquam
aquam in circuitu yerusalem: et non erat qui
sepeliret. Facti sumus obprobrium vicinis
nostris: subsanatio et illusio his qui in circuitu
tu nostro sunt. Usque quo domine irasceris in finem:
accendetur velud ignis zelus tuus. Effunde
iram tuam in gentes que te non noverunt: et in re-
gna que nomen tuum non invocaverunt. Quia
comederunt iacob: et locum eius desolave-
runt. Ne memineris iniquitatum nostrarum
antiquarum: cito anticipent nos misericordie
tue: quia pauperes facti sumus nimis. Adiu-
va nos deus salutaris noster: et propter glo-
riam nominis tui domine libera nos: et propitius
esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne
forte dicant in gentibus ubi est deus eorum:
et innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est:

introeat

introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundum magnitudinem brachij tui: possi-
de filios mortificatorum. Et redde vicinis
nostris septuplum in sinum eorum: improperium
ipsorum quod exprobraverunt tibi domine. Nos autem
populus tuus et oves pascue tue: confitebi-
mur tibi in seculum. In generatione et gene-
rationem: annunciabimus laudem tuam. Ps.
Qui regis ysrael intende: qui deducis ve-
lut ovem ioseph. Qui sedes super cheru-
bin: manifestare coram effraim beniamin et
manasse. Excita potenciam tuam et veni: ut
salvos facias nos. Deus converte nos: et osten-
de faciem tuam et salvi erimus. Domine deus
virtutum: quousque irasceris super orationem ser-
vi tui. Cibabis nos pane lacrimarum: et potum
dabis nobis in lacrimis in mensura. Posui-
sti nos in contradictionem vicinis nostris: et ini-
mici nostri subsanaverunt nos. Deus virtu-
tum converte nos: et ostende faciem tuam et sal-
vi erimus. Vineam de egypto transtulisti: eie-
cisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti
in conspectu eius: et plantasti radices eius et
implevit terram. Operuit montes umbra
eius: et arbusta eius cedros dei. Extendit
palmites suos usque ad mare: et usque ad flu-
men propagines eius. Ut quid destruxisti ma-

ceriam eius: et uindemiant eam omnes qui
pretergrediuntur uiā. Exterminauit eā aper
de silua: et singularis ferus depastus est eam.
Deus uirtutum conuertere: respice de celo et
uide et uisita uineā istam. Et perfice eam
quam plantauit dextera tua: et sup filiū ho
minis quem confirmasti tibi. Incensa igni
et suffosa: ab increpatione uultus tui peribūt.
Fiat manus tua sū uirum dextere tue: et sup
filium hominis quē ɔfirmasti tibi. Et nō
discedimus a te uiuificabis nos: et nomē tuū
inuocabimus. Domine deus uirtutū con
uerte nos: et ostende faciē tuā et salui erimꝰ.
℣. Gaudebūt labia mea cū cantauero tibi.

aña. Propitius esto peccatis nostris domine. aña.

Tibi soli peccaui dñe miserere mei. ps. Miserere

Euouae. aña. Dñe refugiū factus es nobis

ps. Ipsum. Euouae. aña. In matutinis dñe

meditabor in te. ps. Deus deus. Euouae.

aña. In eternū dñs regnabit et ultra. ps.

Cantemus. Euouae. aña. In sanctis eius

laudate deum. ps. Laudate. Euouae. aña.

In sanctitate seruiamus dño et liberabit nos


ab inimicis nostris. ps. Benedictus. Euouae.



Venite. Ps. Exultate. Euouae. Ps.

Exultate deo adiutori nostro: iu
bilate deo iacob. Sumite psal
mum et date tympanum: psalteri
um iocundum cum cythara.
Bucinate in neomenia tuba:
in insigni die sollemnitatis ve
stre. Quia preceptum in ysrael est: et iudicium
deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud:
cum exiret de terra egypti linguam quam non
nouerat audiuit. Diuertit ab honeribus dor
sum eius: manus eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me et liberaui te
et exaudiui te in abscondito tempestatis: pro
baui te apud aquam contradictionis. Audi
populus meus et contestabor te: ysrael si au
dieris me non erit in te deus recens neque ado
rabis deum alienum. Ego enim sum dominus
deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata
os tuum et implebo illud. Et non audiuit
populus meus vocem meam: et ysrael non

intendit mihi. Et dimisi eos secundum deside
ria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me: ysrael si in viis
meis ambulasset. Pro nichilo forsitan inimi
cos eorum humiliassem: et super tribulantes eos
misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt
ei: et erit tempus eorum in secula. Et ciba
uit illos ex adipe frumenti: et de petra melle
saturauit eos. Ps.
Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem
deos diiudicat. Usquequo iudicatis iniqui
tatem: et facies peccatorum sumitis. Iudicate ege
no et pupillo: humilem et pauperem iustificate.
Eripite pauperem: et egenum de manu peccato
ris liberate. Nescierunt neque intellexerunt:
in tenebris ambulant: mouebuntur omnia
fundamenta terre. Ego dixi dii estis: et filii
excelsi omnes. Vos autem sicut homines
moriemini: et sicut unus de principibus ca
detis. Surge deus iudica terram: quoniam tu here
ditabis in omnibus gentibus. An.



Exultate deo adiutori nostro. An.



an. Tu solus. Euouae. Ps.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas
neqz cōpescaris deus. Qm̄ ecce inimi
ci tui sonuerunt: et qui oderūt te extulerūt
cap. Sup populum tuum malignauerūt
consilium: et cogitauerūt aduersus sanctos
tuos. Dixerūt uenite ⁊ disperdamus eos de
gente: nō memoretur nomen ysrael ultra.
Quoniam cogitauerunt unanimiter: simul ad
uersum te testamentum disposuerūt taberna
cula ydumeorum ⁊ ysmaelite. Moab ⁊ agareni
gebal ⁊ amon ⁊ amalec: alienigene cuz ha
bitantibus tyrum. Et enim assur uenit cū
illis: facti sunt in adiutoriuz filijs loth. Fac
illis sicut madiaz ⁊ sysare: sicut iabin in tor
rente cyson. Disperierunt in endor: facti
sunt ut stercus terre. Pone principes eorum
sicut oreb et zeb et zebee et salmana. Om
nes principes eorum: qui dixerunt heredita
te possideamus sanctuariuz dei. Deus me
us pone illos ut rotam: et sicut stipulam
ante faciem uenti. Sicut ignis qui cōbur
rit siluam: et sicut flama comburens mō
tes. Ita psequeris illos in tempestate tua:

et ira tua turbabis eos. Imple facies eorum
ignominia: et querent nomen tuum dn̄e
Erubescant et conturbentur in seculuz se
culi: et confundantur ⁊ pereant. Et cogno
scant quia nomen tibi dn̄s: tu solus altissi
mus sup omnem terraz. Ps.

Quam dilecta tabernacula tua dn̄e uir
tutum: cōcupiscit ⁊ deficit anima mea
in atria dn̄i. Cor meuz et caro mea: exul
tauerunt in deum uiuuz. Etenim passer
inuenit sibi domuz: ⁊ turtur nidum ubi
reponat pullos suos. Altaria tua dn̄e uirtu
tum: rex meus ⁊ deus meus. Beati qui habi
tant in domo tua: in secula seculorum lauda
bunt te. Beatus uir cuius est auxiliū abs te:
ascensiones in corde suo disposuit in ualle
lacrimarum: in loco quem posuit. Etenim be
nedictiones dabit legis lator: ibunt de
uirtute in uirtutem: uidebitur deus deorum
in syon. Domine deus uirtutum exaudi ora
tionem meaz: auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus: ⁊ respice in fa
ciem xp̄i tui. Quia melior est dies una in
atrijs tuis: sup milia. Elegi abiectus esse in
domo dei mei: magis q̄ habitare in taber
naculis peccatorum. Quia misericordiaz ⁊ ue
ritatem diligit deus: gratiaz et gloriā dabit dn̄s.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentiam: domine uirtutum beatus homo qui sperat in te.



añ. Tu solus altissimus super omnem terram



añ. Benedixisti. Euouae.


Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob. Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis. Numquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem. Deus tu conuersus uiuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et ueritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. Iusticia ante eum ambulabit: et ponet in uia gressus suos. Ps.

Inclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui quoniam ad te domine animam meam leuaui. Quoniam tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te. Auribus percipe domine orationem meam: et intende uoci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in diis domine: et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascumque fecisti uenient et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus. Deduc me domine in uia tua et ingrediar in ueritate tua: letetur cor meum ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum. Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super

me et sinagoga potentium quesierunt animam
meam: et non proposuerunt te in conspectu
suo. Et tu domine deus miserator et misericors:
patiens et multe misericordie et verax. Re
spice in me et miserere mei: da imperium tuum
puero tuo: et salvum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonum: ut videant qui
oderunt me et confundantur: quoniam tu domine
adiuvisti me et consolatus es me.



an̄ Benedixisti domine terram tuam.




an̄ Fundamenta . Euouae .

Fundamenta eius in montibus sanctis:
diligit dominus portas syon super omnia ta
bernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te:
civitas dei. Memor ero raab et babilonis
scientibus me. Ecce alienigene et tyrus et
populus ethiopum: hi fuerunt illic. Numquid
syon dicet homo: et homo natus est in ea:
et ipse fundavit eam altissimus. Dominus
narrabit in scripturis populorum et principum
horum qui fuerunt in ea. Sicut letantium

omnium habitatio est in te. Ps.

Domine deus salutis mee: in die cla
mavi et nocte coram te. Intret in con
spectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam
ad precem meam. Quia repleta est malis
anima mea: et vita mea inferno appropin
quavit. Estimatus sum cum descendentibus
in lacum: factus sum sicut homo sine adiuto
rio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dor
mientes in sepulcris: quorum non es memor
amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Po
suerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et
in umbra mortis. Super me confirmatus est
furor tuus: et omnes fluctus tuos induxi
sti super me. Longe fecisti notos meos a me:
posuerunt me abhominationem sibi. Tra
ditus sum et non egrediebar: oculi mei lan
guerunt pre inopia. Clamavi ad te domine tota
die expandi ad te manus meas. Numquid
mortuis facies mirabilia: aut medici susci
tabunt et confitebuntur tibi. Numquid nar
rabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam:
et veritatem tuam in perditione. Numquid
cognoscentur in tenebris mirabilia tua: et
iusticia tua in terra oblivionis. Et ego ad
te domine clamavi: et mane oratio mea preve
niet te. Ut quid domine repellis orationem

meaz: auertis faciem tuaz a me. Pauper suz ego
et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus
autez humiliatus sum et conturbatus. In me
transierunt ire tue: et terrores tui conturba
uerunt me. Circumdederunt me sicut aq
tota die: circumdederunt me simul. Elon
gasti a me amicuz et proximuz: et notos me
os a miseria.



a. Fundamenta eius in montibus sanctis.



Añ. Benedictus. Euouae. Ps.
Misericordias dñi: in eternum cantabo.
In generatione et generatione annun
tiabo ueritatez tuam in ore meo. Quoniaz
dixisti in eternum misericordia edificabitur in
celis: preparabitur ueritas tua in eis. Dispo
sui testamentum electis meis: iuraui dauid
seruo meo usqz in eternuz preparabo semen
tuum. Et edificabo in generatione et genera
tionez: sedem tuam. Confitebuntur celi mi
rabilia tua dñe: et eniz ueritatez tuaz in ec
clesia sanctorum. Quoniaz quis in nubibus

equabitur dño: similis erit dño in filijs dei. De
qui glorificatur in consilio sanctorum: magnus et
terribilis sup omnes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus uirtutum quis similis tibi: po
tens es dñe et ueritas tua in circuitu tuo. Tu
dominaris potestati maris: motum autez fluc
tuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut
uulneratum superbum: ~~in brachio~~ in brachio
uirtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt
celi et tua est terra: orbez terre et plenitudinē
eius tu fundasti: aquilonē et mare tu creasti. Ta
bor et hermon in nomine tuo exultabūt: tuuz
brachiuz cuz potentia. Firmetur manus tua et
exaltetur dextera tua: iusticia et iudiciuz prepa
ratio sedis tue. Misericordia et ueritas prece
dent faciem tuam: beatus populus qui scit
iubilationem. Domine in lumine uultus tui am
bulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota
die: et in iusticia tua exaltabuntur. Quoniam
gloria uirtutis eorum tu es: et in beneplacito
tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia dñi est
assumptio nostra: et sancti ysrael regis nostri.
Tunc locutus es in uisione sanctis tuis et dixisti
posui adiutoriuz in potente: et exaltaui electū
de plebe mea. Inueni dauid seruum meum
oleo sancto meo unxi eum. Manus eniz mea au
xiliabitur ei: et brachiuz meuz cōfortabit eum

Nichil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniq
tatis nō apponet nocere ei. Et concidaz afa
cie ipsius inimicos eius: ⁊ odientes ~~eū~~ eum
in fugam ɔuertam. Et ueritas mea ⁊ miseri
cordia mea cuz ipso: ⁊ in nomine meo exalta
bitur cornu eius. Et ponam in mari manuz
eius: ⁊ in fluminibus dexteraz eius. Ipse in
uocabit me pater meus es tu: deus meus et
susceptor salutis mee. Et ego primogenitum
ponaz illum: excelsum pre regibus terre. In
eternum seruabo illi misericordiaz meaz: ⁊ testamē
tum meuz fidele ipsi. Et ponam in seculuz
seculi semen eius: et thronuz eius sicut dies
celi. Si autez dereliquerint filij eius legez
meaz: ⁊ in iudicijs meis nō ambulauerint. Si
iusticias meas prophanauerint: ⁊ mandata
mea nō custodierint. Uisitabo in uirga iniqta
tes eorum: ⁊ in uerberibus peccata eoꝝ. Mise
ricordiam autez meaz nō dispgam ab eo: neqꝫ
nocebo in ueritate mea. Neqꝫ prophanabo te
stamentuz meuz: ⁊ que procedunt de labijs
meis non faciam irrita. Semel iuraui in san
cto meo: si dauid mentiar: semen eius in
eternuz manebit. Et thronus eius sicut
sol in conspectu meo: et sicut luna pfecta
in eternuz: et testis in celo fidelis. Tu uero
repulisti et despexisti: distulisti christū tuuz.

Auertisti testamentum serui tui: prophanasti
in terra sanctuarium eius. Destruxisti omēs
sepes eius: posuisti firmamētuz eius formidinez
Diripuerunt euz omnes transeuntes uiam:
factus est obprobriuz uicinis suis. Exaltasti
dexteram deprimentium euz: letificasti omnes
inimicos eius. Auertisti adiutoriuz gladij eius:
et nō es auxiliatus ei in bello. Destruxisti eum
ab emundatione: et sedez eius in terrā collisisti.
Minorasti dies tēporis eius: pfudisti euz con
fusiōe. Usqꝫ quo dn̄e auertis in finez: exar
descet sicut ignis ira tua. Memorare que mea
substancia: nunqd enim uane constituisti
omnes filios hominum. Quis est homo qui
uiuet ⁊ nō uidebit mortem: eruet animā suaz
de manu inferi. Ubi sunt misericordie tue
antique dn̄e: sicut iurasti dauid in ueritate
tua. Memor esto dn̄e obprobrij seruoꝝ tuoꝝ:
qd̄ continui in sinu meo multarum gentium.
Quod exprobrauerunt inimici tui dn̄e: qd̄
exprobrauerunt cōmutationez xp̄i tui. Be
nedictus dn̄s in eternum fiat fiat. Ps.
Domine refugium factus es nobis: age
neratione in generationem. Priusquā
montes fierent aut formaretur terra et orbis:
aseculo et usqꝫ in seculum tu es deus. Ne
auertas hominez in humilitatez: ⁊ dixisti cō

uertimini filij hominum. Quoniam mille anni ante
oculos tuos: tamquam dies hesterna que preterijt.
Et custodia in nocte: que pro nichilo habentur
eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat ma
ne floreat et transeat: uespere decidat induret et
arescat. Quia defecimus in ira tua: et in furore
tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras
in conspectu tuo: seculum nostrum in illumina
tione uultus tui. Quoniam omnes dies nostri
defecerunt: et in ira tua defecimus. Anni nostri
sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum
in ipsis septuaginta anni. Si autem in potenta
tibus octoginta anni: et amplius eorum labor
et dolor. Quoniam superuenit mansuetudo: et
corripiemur. Quis nouit potestatem ire tue: et
pre timore tuo iram tuam dinumerare. Dexteram
tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapien
tia. Conuertere domine usque quo: et deprecabilis
esto super seruos tuos. Repleti sumus mane mi
sericordia tua: et exultauimus et delectati sumus
in omnibus diebus nostris. Letati sumus pro
diebus quibus nos humiliasti: annis quibus ui
dimus mala. Respice in seruos tuos et in opera
tua: et dirige filios eorum. Et sit splendor domini
dei super nos: et opera manuum nostrarum dirige
super nos: et opus manuum nostrarum dirige. Ps.
Qui habitat in adiutorio altissimi: in pro

tectione dei celi commorabitur. Dicet domino su
sceptor meus es tu: et refugium meum deus meus:
sperabo in eum. Quoniam ipse liberauit me de la
queo uenantium: et a uerbo aspero. Scapulis suis
obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te ueritas eius: non timebis
a timore nocturno. A sagitta uolante in die: a ne
gotio perambulante in tenebris: ab incursu et
demonio meridiano. Cadent a latere tuo mil
le: et decem milia a dextris tuis: ad te autem non
appropinquabit. Uerumtamen oculis tuis con
siderabis: et retributionem peccatorum uidebis.
Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posui
sti refugium tuum. Non accedet ad te malum: et
flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam angelis suis deus mandauit de te: ut
custodiant te in omnibus uijs tuis. In manibus
portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis: et
conculcabis leonem et draconem. Quoniam
in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniam
cognouit nomen meum. Clamauit ad me et
ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribula
tione: eripiam eum et glorificabo eum. Lon
gitudine dierum replebo eum: et ostendam
illi salutare meum. Ps.
Bonum est confiteri domino: et psallere no

mini tuo altissime. Ad annuntianduz mane
misericordiam tuam: et veritatez tuam p noctē.
In decacordo psalterio: cū cantico in cytha
ra. Quia delectasti me dn̄e in factura tua:
et in operibus manuuz tuarum exultabo.
Quaz magnificata sunt opa tua dn̄e: nimis
profunde facte sunt cogitationes tue. Vir
insipiens non cognoscet: et stultus nō in
telliget hec. Cum exorti fuerint peccatores
sicut fenuz: et apparuerunt omnes qui ope
rantur iniquitatem. Vt intereant in seculū
seculi: tu autez altissimus in eternum dn̄e.
Quoniam ecce inimici tui dn̄e: qm̄ ecce
inimici tui peribunt: et dispergentur om̄es
qui operantur iniquitatez. Et exaltabitur
sicut unicornis cornu meuz: ⁊ senectus mea
in misericordia uberi. Et despexit oculus
meus inimicos meos: et insurgentib; in me
malignantib; audiet auris mea. Iustus
ut palma florebit: sicut cedrus libani mul
tiplicabitur. Plantati in domo dn̄i: in atriis
domus dei nri florebunt. Ad huc multi
plicabuntur in senecta uberi: ⁊ bene patiētes
erunt ut annuntient. Quoniaz rectus dn̄s
deus noster: et nō est iniquitas in eo. Ps.
Dominus regnauit decorez indutus
est: indutus est dn̄s fortitudinē ⁊ pre


cinxit se. Et enim firmauit orbem terre qui
nō commouebitur. Parata sedes tua ex tunc:
a seculo tu es. Eleuauerunt flumina dn̄e:
eleuauerunt flumina uocem suam. Eleuaue
runt flumina fluctus suos: a uocibus aquaz
multarum. Mirabiles elationes maris: mi
rabilis in altis dn̄s. Testimonia tua credi
bilia facta sunt nimis: domuz tuaz decet san
ctitudo dn̄e in longitudine dieruz. Ps.
Deus ultionuz dn̄s: deus ultionuz libere
egit. Exaltare qui iudicas terrā: red
de retributionez superbis. Usq; quo pecca
tores dn̄e: usq; quo peccatores gloriabunt.
Effabuntur et loquentur iniquitatez: loquē
tur omnes qui operantur iniusticiaz. Po
pulum tuum dn̄e humiliauerunt: ⁊ heredi
tatem tuam uexauerunt. Viduaz et adue
nam interfecerunt: et pupillos occiderunt.
Et dixerunt nō uidebit dn̄s: nec intelli
get deus iacob. Intelligite insipientes i
populo: et stulti aliquando sapite. Qui
plantauit aurez nō audiet: aut qui finxit ocu
lum non considerat. Qui corripit gentes
nō arguet: qui docet hominez scientiam.
Dominus scit cogitationes hominum: qm̄
uane sunt. Beatus homo quem tu erudie
ris dn̄e: et de lege tua docueris eum. Vt

mitiges ei adiebus malis: donec fodiatur pec
catori fouea. Quia repellet dns plebem suā:
et hereditatez suaz nō derelinquet. Quo ad
usqz iusticia conuertatur in iudiciuz: et qui
iuxta illaz omnes qui recto sunt corde. Quis
consurget michi aduersus malignātes: aut
quis stabit mecuz aduersus operantes iniq
tatez. Nisi quia dns adiuuit me: paulominꝰ
habitasset in inferno anima mea. Si dicebaz
motus est pes meus: misericordia tua dne
adiuuabat me. Secundū multitudinē do
loruz meoꝝ in corde meo: consolationes tue
letificauit animaz meam. Numquid adheret
tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in
precepto. Captabunt in animaz iusti: ⁊ san
guinem innocentem cōdempnabunt. Et fac
tus est michi dns in refugium: et deus meus
adiutoriuz spei mee. Et reddet illis iniqui
tatem ipsorum: et in malicia coꝝ disperdet
eos: disperdet illos dns deus noster.



℟. Benedictus dominus in eternum. ps.
Venite exultemus dno: iubilemus deo
salutari nostro. Preoccupemus faciē
eius in confessione: et in psalmis iubilemꝰ

ei. Quoniam deus magnus dns: et rex magnꝰ
sup omnes deos. Quia in manu eius sunt om
nes fines terre: et altitudines montiuz ipsiꝰ
sunt. Qm̄ ipsius est mare ⁊ ipse fecit illud: et
siccam manus eius formauerunt. Venite ado
remus et procidamus. et ploremus ante deū
qui fecit nos: quia ipse est dominus deus no
ster. Et nos populus pascue eius: et oues
manus eius. Hodie si vocem eius audieritꝭ
nolite obdurare corda vestra. Sicut in irrita
tione secundū diem temptationis in deserto:
ubi temptauerunt me patres vestri probaue
runt ⁊ viderunt opa mea. Quadraginta annꝭ
offensus fui generationi illi: et dixi semper hij
errant corde. Et isti nō cognouerunt vias
meas: ut iuraui in ira mea si introibunt in requiē meā.



℟. Cantate. Euouae. Ps.
Cantate domino canticum nouum: canta
te dno omnis terra. Cantate dno ⁊ bene
dicite nomini eius. annuntiate de die in diem
salutare eius. Annuntiate inter gentes glori
am eius: in omnibus populis mirabilia. Qm̄
magnus dns ⁊ laudabilis nimis: terribilis ē
sup omnes deos. Quoniam omnes dij gētuz

demonia: dn̄s autem celos fecit. Confessio
et pulcritudo in conspectu eius: sanctimonia
et magnificentia in sanctificatione eius. Af
ferte dn̄o patrie gentium: afferte dn̄o gl̄iaz
et honorez: afferte dn̄o gl̄iam nomini eius.
Tollite hostias et introite in atria eius: adora
te dn̄m in atrio sancto eius. Commoueatur
a facie eius uniuersa terra: dicite in gentibus
quia dn̄s regnauit. Et enim correxit orbez
terre qui nō cōmouebitur: iudicabit popu
los in equitate. Letentur celi et exultet t̄ra:
cōmoueatur mare ⁊ plenitudo eius: gaudebūt
campi ⁊ omnia que in eis sunt. Tunc exulta
bunt omnia ligna siluaz a facie dn̄i quia ue
nit: quoniaz uenit iudicare terraz. Iudica
bit orbez terre in equitate: ⁊ populos in ueri
tate sua.
Ps.
Dominus regnauit exultet terra: letent̄
insule multe. Nubes et caligo in circui
tu eius: iusticia ⁊ iudiciuz correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum precedet: et inflamauit i
circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura
eius orbi t̄re: uidit et cōmota est t̄ra. Mon
tes sicut cera fluxerunt a facie dn̄i: a facie do
mini omnis terra. Annunciauerunt celi
iusticiam eius: et uiderunt omnes populi glo
riam eius. Confundantur oēs qui adorant

sculptilia: et qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate euz omnes angeli eius: audiuit et
letata est syon. Et exultauerunt filie iude:
propter iudicia tua dn̄e. Quoniaz tu dn̄s
altissimus sup omnem terraz: nimis exaltat̄
es sup omnes deos. Qui diligitis dn̄m
odite malum: custodit dn̄s animas sanctoꝝ
suorum de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: et rectis corde leticia.
Letamini iusti in dn̄o: et confitemini memo
rie sanctificationis eius.
℣.
Beatus homo quez tu erudieris dn̄e.

℟. Cantate dn̄o et benedicite nomini eius

℟. Spiritu principali cōfirma cor meum deus

Ps. Miserere. Euouae. ℟. In ueritate tua exaudi

me domine. Ps. Dn̄e exaudi. Euouae. An.

Illumina dñe vultum tuum super nos. Ps.

Deus deus. Euouae. ℟. Dñe audivi auditū

tuum et timui. Ps. Ipm. Euouae. An. In

tympano et choro in cordis et organo laudate

deuz. Ps. Laudate. Euouae. An. Per viscera mi

sericordie dei nri in quibus visitavit


nos oriens ex alto. Ps. Benedictus Euouae.

℟. Dominum deum nostrum. Ps. Venite

adoremus. Venite. ℟. Quia. Euouae.

Cantate dño canticum novum:
quia mirabilia fecit. Salvavit
sibi dextera eius: et brachium
sanctum eius. Notum fecit dñs
salutare suum: in conspectu gen
tium revelavit iusticiaz suaz. Re
cordatus est misericordie sue et veritatis sue: do
mui ysrael. Viderunt omnes termini terre: salu
tare dei nri. Iubilate deo omnis terra: cantate
et exultate et psallite. Psallite dño in cythara
in cythara et voce psalmi: in tubis ductilib et vo
ce tube cornee. Iubilate in conspectu regis do
mini: moveatur mare et plenitudo eius: orbis
terrarum et qui habitant in eo. Flumina plau
dent manu simul: montes exultabunt a conspec
tu dñi: quoniaz venit iudicare terram. Iudica
bit orbez terraruz in iusticiā et populos in equitate.
Dominus regnavit irascantur populi: Ps.
qui sedes sup cherubin moveatur terra.

Dominus in syon magnus: et excelsus super omnes
populos. Confiteantur nomini tuo magno: quoniam
terribile et sanctum est: et honor regis iudicium
diligit. Tu parasti directiones: iudicium et iusti
ciam in iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum:
et adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.
Moyses et aaron in sacerdotibus eius: et sa
muel inter eos qui invocant nomen eius. In
vocabant dominum et ipse exaudiebat eos: et in colu
na nubis loquebatur ad eos. Custodiebant
testimonia eius et preceptum quod dedit illis. Do
mine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu
propitius fuisti eis et ulciscens in omnes adinven
tiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum: et
adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus
dominus deus noster.



℟. Quia mirabilia fecit dominus.



℟. Jubilate. Euouae.

Jubilate deo omnis terra: servite domino i
leticia. Introite in conspectu eius: in exul
tatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse

fecit nos et non ipsi nos. Populus eius et oves
pascue eius: introite portas eius in confessione:
atria eius in ymnis confitemini illi. Laudate
nomen eius quoniam suavis est dominus: in eter
num misericordia eius: et usque in generatione et
generationem veritas eius. Ps.

Misericordiam et iudicium: cantabo tibi domine.
Psallam et intelligam in via immaculata:
quando venies ad me. Perambulabam in inno
centia cordis mei: in medio domus mee. Non
proponebam ante oculos meos rem iniustam:
facientes prevaricationes odivi. Non adhe
sit mihi cor pravum: declinantem a me mali
gnum non cognoscebam. Detrahentem secreto
proximo suo: hunc persequebar. Superbo ocu
lo et insaciabili corde: cum hoc non edebam. Ocu
li mei ad fideles terre ut sedeant mecum: am
bulans in via immaculata hic mihi ministra
bat. Non habitabit in medio domus mee qui
facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit
in conspectu oculorum meorum. In matutino in
terficiebam omnes peccatores terre: ut disp
derem de civitate domini omnes operantes iniquitatem.



℟. Jubilate deo omnis terra ℟. Clamor. Euouae.

Domine exaudi orationem meam: et cla
mor meus ad te veniat. Non avertas
faciem tuam a me: in quacumque die tribulor in
clina ad me aurem tuam. In quacumque die
invocavero te: velociter exaudi me. Quia de
fecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea
sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut
fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum
comedere panem meum. A voce gemitus mei:
adhesit os meum carni mee. Similis factus
sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicti
corax in domicilio. Vigilavi: et factus sum sic
passer solitarius in tecto. Tota die exprobra
bant michi inimici mei: et qui laudabant me adv
sum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem
manducabam: et poculum meum cum fletu misce
bam. A facie ire indignationis tue: quia ele
vans allisisti me. Dies mei sicut umbra decli
naverunt: et ego sicut fenum arui. Tu autem do
mine in eternum permanes: et memoriale tuum
in generatione et generationem. Tu exurgens mi
sereberis syon: quia tempus miserendi eius quia
venit tempus. Quoniam placuerunt servis tuis
lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et time
bunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges
terre gloriam tuam. Quia edificabit dominus syon: et
videbitur in gloria sua. Respexit in orationem

humilium: et non sprevit preces eorum. Scri
bantur hec in generatione altera: et populus qui
creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de
excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspe
xit. Ut audiret gemitus compeditorum: ut sol
veret filios interemptorum. Ut annuntient in syon
nomen domini: et laudem eius in ierusalem. In
conveniendo populos in unum: et reges: ut servi
ant domino. Respondit ei in via virtutis sue: pau
citatem dierum meorum nuntia michi. Ne re
voces me in dimidio dierum meorum: in generatione
et generationem anni tui. Initio tu domine terram
fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi
peribunt tu autem permanes: et omnes sicut ve
stimentum veterascent. Et sicut opertorium mu
tabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse
es: et anni tui non deficient. Filii servorum tuorum ha
bitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur.
Benedic anima mea domino: et omnia Ps.
que intra me sunt nomini sancto eius.
Benedic anima mea domino: et noli oblivisci omnes
retributiones eius. Qui propiciatur omnibus
iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmi
tates tuas. Qui redimit de interitu vitam
tuam: qui coronat te in misericordia et misera
tionibus. Qui replet in bonis desiderium
tuum: renovabitur ut aquile iuventus tua.

Faciens misericordias dominus: et iudicium om
nibus iniuriam pacientibus. Notas fecit
vias suas moysi: filiis ysrael voluntates suas.
Miserator et misericors dominus: longanimis et mul
tum misericors. Non in perpetuum irascetur: neque
in eternum comminabitur. Non secundum pec
cata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates
nostras retribuit nobis. Quoniam secundum
altitudinem celi a terra: corroborauit misericor
diam suam super timentes se. Quantum distat
ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniquitates
nostras. Quomodo miseretur pater filiorum: mi
sertus est dominus timentibus se: quia ipse cognouit
figmentum nostrum. Recordatus est quoniam pul
uis sumus homo sicut fenum: dies eius tamquam
flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus per
transibit in illo et non subsistet: et non cognoscet
amplius locum suum. Misericordia autem domini
ab eterno et usque in eternum: super timentes eum.
Et iusticia illius in filios filiorum: his qui ser
uant testamentum eius. Et memores sunt man
datorum ipsius: ad faciendum ea. Dominus
in celo parauit sedem suam: et regnum ipsius
omnibus dominabitur. Benedicite domino omnes
angeli eius potentes uirtute: facientes uerbum
illius ad audiendam uocem sermonum eius.
Benedicite domino omnes uirtutes eius: ministri

eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite
domino omnia opera eius in omni loco dominatio
nis eius: benedic anima mea domino.



an. Clamor meus ad te ueniat deus.



an. Benedic. Euouae. Psalmus.

Benedic anima mea domino: domine deus meus
magnificatus es uehementer. Confessio
nem et decorem induisti: amictus lumine si
cut uestimento. Extendens celum sicut pel
lem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis
nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas
uentorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et
ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti
terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in
seculum seculi. Abyssus sicut uestimentum
amictus eius: super montes stabunt aque. Ab
increpatione tua fugient: a uoce tonitrui tui
formidabunt. Ascendunt montes et descen
dunt campi: in locum quem fundasti eis. Ter
minum posuisti quem non transgredientur: neque
conuertentur operire terram. Qui emittis in

fontes in convallibus: inter medium montium
ptransibunt aque. Potabunt oēs bestie agri:
expectabunt onagri in siti sua. Sup ea volucres
celi habitabunt: de medio petrarum dabunt vo-
ces. Rigans montes de supioribus suis: de fruc
tu operum tuorum saciabitur terra. Producens fe
num iumentis: et herbam servituti hominum. Ut
educas panem de terra: et vinum letificet cor ho
minis. Ut exilaret faciem in oleo: et panis cor
hominis confirmet. Saturabunt ligna campi:
et cedri libani quas plantavit: illic passeres
nidificabunt. Herodii domus dux est eorum:
montes excelsi cervis: petra refugium erinaciis.
Fecit lunam in tempora: sol cognovit occasum
suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in
ipsa ptransibunt omnes bestie silve. Catuli leo
num rugientes ut rapiant: et querant a deo es
cam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et
in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo
ad opus suum: et ad operationem suam usque ad
vesperum. Quam magnificata sunt opera tua do
mine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra
possessione tua. Hoc mare magnum et spaciosum
manibus: illic reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis: illic naves p
transibunt. Draco iste quem formasti ad illuden
dum ei: omnia a te expectant ut des illis escam

in tempore. Dante te illis colligent: aperiente
te manum tuam omnia implebuntur bonitate.
Avertente autem te faciem turbabuntur: aufe
res spiritum eorum et deficient: et in pulverem
suum revertentur. Emitte spiritum tuum et
creabuntur: et renovabis faciem terre. Sit glo
ria domini in seculum: letabitur dominus in operibus
suis. Qui respicit terram et facit eam tremere:
qui tangit montes et fumigant. Cantabo domino
in vita mea: psallam deo meo quamdiu sum.
Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero
delectabor in domino. Deficiant peccatores a ter
ra: et iniqui ita ut non sint: benedic anima mea
domino. Ps.

Confitemini domino et invocate nomen eius:
annunciate inter gentes opera eius. Can
tate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor que
rentium dominum. Querite dominum et confirmamini: que
rite faciem eius semper. Mementote mirabilium
eius que fecit: prodigia eius et iudicia oris eius.
Semen abraham servi eius: filii iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in universa terra iu
dicia eius. Memor fuit in seculum testamenti
sui: verbi quod mandavit in mille generationes.
Quod disposuit ad abraham: et iuramenti sui ad
ysaac. Et statuit illud iacob in preceptum: et

ysrael in testamentum eternum. Dicens tibi
dabo terram chanaan: funiculum hereditatis
uestre. Cum essent numero breui: paucissimi
et incole eius. Et pertransierunt de gente
in gentem: et de regno ad populum alterum.
Non reliquit ~~homines~~ hominem nocere eis: et
corripuit pro eis reges. Nolite tangere cri
stos meos: et in prophetis meis nolite mali
gnari. Et uocauit famem super terram: et
omne firmamentum panis contriuit. Misit
ante eos uirum: in seruum uenundatus est io
seph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius:
ferrum pertransiit animam eius: donec ueniret
uerbum eius. Eloquium domini inflamauit eum:
misit rex et soluit eum: princeps populorum
et dimisit eum. Constituit eum dominum domus
sue: et principem omnis possessionis sue.
Ut erudiret principes eius sicut semetipsum:
et senes eius prudentiam doceret. Et intra
uit ysrael in egyptum: et iacob accola fuit in
terra cham. Et auxit populum suum uehemen
ter: et firmauit eum super inimicos eius. Con
uertit cor eorum ut odiret populum eius: et dolum
facerent in seruos eius. Misit moysen seruum
suum: aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis
uerba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham.
Misit tenebras et obscurauit: et non exacer

bauit sermones suos. Conuertit aquas eorum
in sanguinem: et occidit pisces eorum. Et de
dit terra eorum ranas: in penetralibus regum
ipsorum. Dixit et uenit cinomia et scinifex:
in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias
eorum grandinem: ignem comburentem in terra
ipsorum. Et percussit uineas eorum et ficulneas
eorum: et contriuit lignum finium eorum. Dixit
et uenit locusta et bruchus: cuius non erat
numerus. Et comedit omne fenum in terra
eorum: et comedit omnem fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum:
primitias omnis laboris eorum. Et eduxit
eos cum argento et auro: et non erat in tribubus
eorum infirmus. Letata est egyptus in pro
fectione eorum: quia incubuit timor eorum
super eos. Expandit nubem in protectionem
eorum: et ignem ut luceret eis per noctem. Petie
runt et uenit coturnix: et pane celi satura
uit eos. Dirupit petram et fluxerunt aque:
abierunt in sicco flumina. Quoniam memor
fuit uerbi sancti sui: quod habuit ad habraam
puerum suum. Et eduxit populum suum in
exultatione: et electos suos in leticia. Et dedit
illis regiones gentium: et labores populorum
possederunt. Ut custodiant iustificationes eius:
et legem eius requirant. Ps.

Benedic anima mea dno. ℟. Visita nos. Euouae.
Confitemini dno quoniaz bonus: qm in
seculum misericordia eius. Quis loquet
potencias dni: auditas faciet omnes laudes ei.
Beati qui custodiunt iudiciuz: ⁊ faciunt iusti
ciam in omni tempore. Memento nostri dne
in beneplacito populi tui: uisita nos in salutari
tuo. Ad uidenduz in bonitate electorū tuoꝝ:
ad letandum in leticia gentis tue: ut lauderis
cuz hereditate tua. Peccauimus cuz patrib
nostris: iniuste egimus iniquitatez fecimus.
Patres nostri in egypto nō intellexerunt mi
rabilia tua: nō fuerunt memores multitudinis
misericordie tue. Et irritauerunt ascendentes
in mare: mare rubuz. Et saluauit eos propt
nomen suum: ut notam faceret potenciam
suam. Et increpuit mare rubrum et exsicca
tum est: et deduxit eos in abissis sicut in deser
to. Et saluauit eos de manu odientium: et re
demit eos de manu inimici. Et operuit aqua
tribulantes eos: unus ex eis nō remansit. Et
crediderunt uerbis eius: et laudauerunt lau
dem eius. Cito fecerunt obliti sunt operum
eius: nō sustinuerunt consiliuz ei. Et con

cupierunt cōcupiscentiam in deserto: ⁊ tēpta
uerunt deuz in inaquoso. Et dedit eis peti
tionem ipsoꝝ: et misit saturitatez in animas
eorum. Et irritauerunt moysen in castris:
aaron sanctuz dni. Aperta est tra ⁊ degluti
uit dathan: et operuit sup congregationem
abiron. Et exarsit ignis in sinagoga eoruz:
flāma cōbussit peccatores. Et fecerūt uitulū
in oreb: ⁊ adorauerunt sculptile. Et mutaue
runt gliam suaz: in similitudinez uituli come
dentis fenuz. Obliti sunt deum qui saluauit eos:
qui fecit magnalia in egypto mirabilia in terra
cham: terribilia in mari rubro. Et dixit ut
dispderet eos: si nō moyses electus eius stetisset
in confractione in cōspectu eius. Ut auerte
ret iram eius ne dispderet eos: ⁊ pro nichilo
habuerunt terraz desiderabilez. Non credide
runt uerbo ei: ⁊ murmurauerunt in tabernacu
lis suis: nō exaudierunt uocez dni. Et eleuauit
manuz suaz sup eos: ut prosterneret eos in deser
to. Et ut deiceret semen eoꝝ in nationibus:
et dispderet eos in regionib. Et initiati st bel
fegor: et comederunt sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt euz in adinuentionib suis:
et multiplicata est in eis ruina. Et stetit fi
nees ⁊ placauit: ⁊ cessauit quassatio. Et repu
tatum est ei in iusticiaz: in generatione et ge

nerationem usque in sempiternum. Et irritaue
runt eum ad aquas contradictionis: et uexa
tus est moyses propter eos: quia exacerbaue
runt spiritum eius. Et distinxit in labijs
suis: nō disperdiderunt gentes quas dixit dn̄s
illis. Et cōmixti sunt inter gentes: et didi
cerunt opa eorum et seruierunt sculptilibus eorum:
et factum est illis in scandalum. Et imolaue
runt filios suos: et filias suas demonijs. Et
effuderunt sanguinem innocentem: sanguinē
filiorum suorum et filiarum suarum: quas sacrifica
uerunt sculptilibus canaan. Et interfecta ē
terra in sanguinibus: et cōtaminata est in
opibus eorum: et fornicati sunt in adinuen
tionibus suis. Et iratus ē furore dn̄s in po
pulum suum. et abhominatus ē hereditatē
suam. Et tradidit eos in manus gentium: et
dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tri
bulauerunt eos inimici eorum: et humiliati sūt
sub manibus eorum: sepe liberauit eos. Ipsi aūt
exacerbauerūt eum in consilio suo: et humi
liati sunt in iniquitatibus suis. Et uidit cū
tribularentur: et audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui: et penituit eū
secundum multitudinem misericordie sue. Et
dedit eos in in misericordias: in conspectu oīum
qui ceperant eos. Saluos fac nos dn̄e deus

noster: et cōgrega nos de nationibus. Ut con
fiteamur nomini sancto tuo: et gloriemur in
laude tua. Benedictus dn̄s deus ysrael a secu
lo et usque in seculum: et dicet omnis populus
fiat fiat. Ps.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam
in seculum misericordia eius. Dicant qui
redempti sunt a dn̄o: quos redemit de manu
inimici: de regionibus congregauit eos. A solis
ortu et occasu: ab aquilone et mari. Erraue
runt in solitudine in inaquoso: uiam ciuitatis
habitaculi nō inuenerunt. Esurientes et si
tientes: anima eorum in ipsis defecit. Et
clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos i
uiam rectam: ut irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur dn̄o misericordie eius: et mirabilia
eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanem:
et animam esurientem satiauit bonis. Seden
tes in tenebris et umbra mortis: uinctos in
mendicitate et ferro. Quia exacerbauerunt
eloquia dei: et cōsilium altissimi irritauerūt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum:
et infirmati sūt nec fuit qui adiuuaret. Et
clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur: et
de necessitatibus eorum liberauit eos. Et edu
xit eos de tenebris et umbra mortis: et uincla

eorum dirupit. Confiteantur domino misericor
die eius: et mirabilia eius filiis hominum. Quia
contriuit portas ereas: et uectes ferreos con
fregit. Suscepit eos de uia iniquitatis eorum:
propter iniusticias enim suas humiliati sunt. Om
nem escam abhominata est anima eorum: et ap
propinquauerunt usque ad portas mortis. Et
clamauerunt ad dominum cum tribularentur: et de
necessitatibus eorum liberauit eos. Misit uerbum
suum et sanauit eos: et eripuit eos de interitioni
bus eorum. Confiteantur domino misericordie eius:
et mirabilia eius filiis hominum. Et sacrificent
sacrificium laudis: et annuntient opera eius in
exultatione. Qui descendunt mare in nauibus:
facientes operationem in aquis multis. Ipsi
uiderunt opera domini: et mirabilia eius in pro
fundo. Dixit et stetit spiritus procelle: et exal
tati sunt fluctus: Ascendunt usque ad celos:
et descendunt usque ad abyssos: anima eorum in
malis tabescebat. Turbati sunt et moti sunt
sicut ebrius: et omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur:
et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et
statuit procellam eius in auram: et siluerunt
fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt:
et deduxit eos in portum uoluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie eius et mira-

bilia

bilia eius filiis hominum. Et exaltent eum
in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum
laudent eum. Posuit flumina in desertum
et exitus aquarum in sitim. Terram fructi
feram in salsuginem: a malitia inhabitantium
in ea. Posuit desertum in stagna aquarum: et
terram sine aqua in exitus aquarum. Et col
locauit illic esurientes: et constituerunt ciuitatem
habitationis. Et seminauerunt agros et plan
tauerunt uineas: et fecerunt fructum natiuitatis.
Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis:
et iumenta eorum non minorauit. Et pauci facti
sunt et uexati sunt: a tribulatione malorum
et dolore. Effusa est contentio super principes:
et errare fecit eos in inuio et non in uia. Et ad
iuuit pauperem de inopia: et posuit sicut oues
familias. Videbunt recti et letabuntur: et omnis
iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens et
custodiet hec: et intelliget misericordias domini.



Añ. Visita nos domine in salutari tuo.



Añ. Confitebor. Euouae. Ps.

Paratuz cor meu deus paratuz cor meum:
cantabo et psallam in gloria mea. Exur
ge gloria mea: exurge psalteriuz et cythara:
exurgam diluculo. Confitebor tibi in popu
lis dne: et psallaz tibi in nationibus. Quia
magna est sup celos misericordia tua: et usq;
ad nubes ueritas tua. Exaltare sup celos
deus: et sup omnez terraz glia tua: ut liberent
dilecti tui. Saluum fac dextera tua et exau
di me: deus locutus est in sancto suo. Exulta
bo et diuidaz siccimaz: et conuallez tabernaculo
rum dimetiar. Meus est galaad et meus est
manasses: et effraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: moab lebes spei mee. In
idumeaz extendaz calciamentuz meuz: mihi
alienigene amici facti sunt. Quis deducet
me in ciuitatez munitaz: quis deducet me
usq; in idumeaz. Nonne tu deus qui repuli
sti nos: et nō exibis deus in uirtutibus nostris.
Da nobis auxiliuz de tribulatione: quia ua
na salus hominis. In deo faciemus uirtutē:
et ipse ad nichiluz deducet inimicos nostros.
Deus laudez meam ne tacueris: Ps.
quia os peccatoris et os dolosi super me
apertuz est. Locuti sunt aduersum me ligua
dolosa: et sermonibus odij circumdederunt me:
et expugnauerunt me gratis. Pro eo ut me

diligerent detrahebant mihi: ego autē orabā.
Et posuerunt aduersuz me mala pro bonis: et
odio pro dilectione mea. Constitue super
eum peccatorem: et diabolus stet a dextris ei.
Cum iudicatur exeat condemnatus: et ora
tio eius fiat in peccatuz. Fiant dies ei pau
ci: et episcopatuz eius accipiat alter. Fiant
filij eius orphani: et uxor ei uidua. Nutan
tes transferant filij eius et mendicēt: et eiciant
de habitationibus suis. Scrutetur fenerator
omnem substantiaz eius: et diripiant alieni
labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui
misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in
interituz: in generatione una deleatur nom
eius. In memoriaz redeat iniquitas patrij
eius in cōspectu dni: et peccatuz matris eius nō
deleatur. Fiant contra dnm semp: et dispe
reat de terra memoria eoz: pro eo qd nō est
recordatus facere misericordiaz. Et psecut
est hominez inopem et mendicuz: et cōpun
ctuz corde mortificare. Et dilexit maledic
tionez et ueniet ei: et noluit benedictionē
et elongabitur ab eo. Et induit maledictio
nez sicut uestimentuz: et intrauit sicut aqua
in interiora eius: et sicut oleuz in ossibus eius.
Fiat ei sicut uestimentuz quo operitur: et
sicut zona qua semp precingitur. Hoc opus
eoz qui detrahunt michi apud dnm: et qui

loquuntur mala adversus aiam meã. Et tu dñe
dñe fac mecũ propt nomen tuũ: quia suavis
est misericordia tua. Libera me quia egenus
et paup ego sum: et cor meũ conturbatũ ẽ intra
me. Sicut umbra cũ declinat ablatus sum:
et excussus sum sicut locusta. Genua mea infir
mata sunt a ieiunio: et caro mea immutata est
propt oleũ. Et ego factus sũ obprobrium
illis: viderunt me et moverunt capita sua.
Adiuva me dñe deus meus: salvũ me fac
secũdũ miam tuã. Et sciant qa manus tua
hec: et tu dñe fecisti eam. Maledicent illi et tu
benedices: qui insurgunt in me cõfundantur:
servus autẽ tuus letabitur. Induant q detrahũt
mihi pudore: et operiant sicut diploide cõfusione
sua. Confitebor dño nimis in ore meo: et in me
dio multor laudabo eũ. Qui astitit a dextris
pauperis: ut salvã faceret a psequentib aiam meã.
℣. Domine exaudi orationẽ meã.




℟. Confitebor domino nimis in ore meo. Añ.



Benigne fac in bona voluntate tua dñe. Ps.




Ps. Miserere. Euouae. ℟. Bonũ est cõfiteri dño.




Ps. Ipsũ. Euouae. ℟. Metuant dñm oms fines



terre. Ps. Deus ds. Euouae. ℟. Et in servis



suis dominus miserebitur. Ps. Audite celi.



Euouae. ℟. In cimbalis benesonantib laudate



dñm. Ps. Laudate. Euouae. Añ. In viã pacis



dirige nos dñe. Ps. Benedictus. Euouae.

℣. Alleluia. alleluia. alleluia alleluia. Euouae.

℟. Dixit dominus. 7°. Euouae.

Dixit dñs domino meo: sede a
dextris meis. Donec ponam
inimicos tuos: scabellum pedum
tuorum. Virgam uirtutis tue
emittet dñs ex syon: domina
re in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die uirtutis tue in
splendoribus sanctorum: ex utero ante lucife
rum genui te. Iurauit dñs et nõ penitebit
eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordi
nem melchisedech. Dominus a dextris tuis:
confregit in die ire sue reges. Iudicabit in
nationibus: implebit ruinas: conquassabit
capita in terra multorum. De torrente in uia
bibit: propterea exaltauit caput. añ.

Dixit dñs dño meo sede a dextris meis.

℣. Fidelia. 4°. Euouae. Ps.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo:
in consilio iustorum et cõgregatione. Ma
gna opera dñi: exquisita in omnes uolunta
tes eius. Confessio et magnificentia opus
eius: et iusticia eius manet in seculum seculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum: misericors
et miserator dñs: escam dedit timentibus se. Me
mor erit in seculum testamenti sui: uirtutem
operum suorum annũtiabit populo suo. Vt
det illis hereditatem gentium: opera manuum eius
ueritas et iudicium. Fidelia omnia manda
ta eius: confirmata in seculum seculi: facta in
ueritate et equitate. Redemptionem misit
dñs populo suo: mandauit in eternum testa
mentum suum. Sanctum et terribile nomen
eius: initium sapientie timor dñi. Intellectus
bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius
manet in seculum seculi. añ.

Fidelia omnia mãdata eius confirmata in

seculum seculi. an. In mandatis 4. Euouae.
Beatus uir qui timet dominum: in mandatis
eius uolet nimis. Potens in terra erit
semen eius: generatio rectorum benedicetur. Glo
ria et diuitie in domo eius: et iusticia eius ma
net in seculum seculi. Exortum est in tenebris
lumen rectis: misericors et miserator et iustus. Io
cundus homo qui miseretur et commodat: disp
onet sermones suos in iudicio: quia in eternum
non commouebitur. In memoria eterna erit iu
stus: ab auditione mala non timebit. Paratum
cor eius sperare in domino: confirmatum est cor e
non commouebitur donec despiciat inimicos
suos. Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius
manet in seculum seculi: cornu eius exalta
bitur in gloria. Peccator uidebit et irascetur:
dentibus suis fremet et tabescet: desiderium
peccatorum peribit.

In mandatis eius uolet nimis. Sit nomen. Euouae.
Laudate pueri dominum: laudate nomen Ps.
domini. Sit nomen domini benedictum: ex

hoc nunc et usque in seculum. A solis ortu usque
ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus
super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster qui in altis habi
tat: et humilia respicit in celo et in terra. Susci
tans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus: cum principibus
populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo:
matrem filiorum letantem.

a. Sit nomen domini benedictum in secula.

a. Nos qui uiuimus. Euouae. Basso Ps.
In exitu ysrael de egypto: domus iacob
de populo barbaro. Facta est iudea san
ctificatio eius: ysrael potestas eius. Mare uidit
et fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Mon
tes exultauerunt ut arietes: et colles sicut agni
ouium. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu ior
danis quia conuersus es retrorsum. Montes exul
tastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui
conuertit petram in stagna aquarum: et rupem

in fontes aquarum. Non nobis dñe nõ nobis
s; nomini tuo da gloriam. Sup misericordia tua
et veritate tua: nequando dicant gentes ubi
est deus eorum. Deus autem noster in celo: oīa
quecũq; voluit fecit. Simulacra gentium argē
tum et aurum: opera manuum hominum. Os ha
bent et nõ loquentur: oculos habent et nõ vide
bunt. Aures habent et nõ audient: nares
habent et nõ odorabunt. Manus habent et nõ
palpabunt: pedes habent et nõ ambulabũt: nõ
clamabũt in gutture suo. Similes illis fiāt q faciũt
ea: et oēs q ɔfidũt ĩ eis. Domus ysrael spauit ĩ dño
adiutor eorum et ptector eorum ē. Domus aaron sperauit
ĩ dño: adiutor eorum et ptector eorum ē. Qui timēt dñm
sperauerũt in dño: adiutor eorum et protector eorum
est. Dominus memor fuit nostri: et benedixit
nobis. Benedixit domui ysrael: benedixit
domui aaron. Benedixit omnibus qui timent
dñm: pusillis cum maioribus. Adiciat dñs super
vos: super vos et sup filios vestros. Benedicti
vos a domino: qui fecit celum et terram. Celum
celi dño: terram autem dedit filijs hominum. Nõ
mortui laudabunt te dñe: neq; omnes qui
descendũt in infernum. Sed nos qui viuim⁹
benedicimus dño: ex hoc nunc et usq; ĩ secu
lum.

℟. Nos qui viuimus benedicimus domino.

℟. Inclinauit i.° Euouae. Ps.
Dilexi quoniam exaudiet dñs: vocem oratio
nis mee. Quia inclinauit aurem suam m̄:
et in diebus meis inuocabo. Circumdederũt me
dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt
me. Tribulationem et dolorem inueni: et nomē
dñi inuocaui. O dñe libera animam meam
misericors dñs et iustus: et deus noster mise
retur. Custodiens paruulos dñs: humiliatus
sum et liberauit me. Conuertere anima mea
in requiem tuam: quia dñs benefecit tibi. Quia
eripuit animam meam de morte: oculos meos
a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo dño
in regione viuorum.

℟. Inclinauit dominus aurem suam michi.

℣. Credidi. 8o. Euouae. — Ps.
Credidi propter quod locutus sum: ego
autem humiliatus sum nimis. Ego dixi
in excessu meo: omnis homo mendax. Quid
retribuam dño: pro omnibus que retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiam: et nomen dñi invo
cabo. Vota mea dño reddam coram omni populo
eius: preciosa in conspectu dñi mors sanctorum
eius. O dñe quia ego servus tuus: ego servus
tuus et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea:
tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen dñi in
vocabo. Vota mea dño reddam in conspectu omnis
populi eius: in atriis domus dñi in medio tui ye
rusalem


℣. Credidi propter quod locutus sum. añ.

Laudate. 8o. Euouae.
Laudate dñm omnes gentes: laudate eum
omnes populi. Quoniam confirmata est

sup nos misericordia eius et veritas dñi manet
in eternum. —

℣. Laudate dominum omnes gentes. Ps.
Confitemini dño quoniam bonus: quoniam in secu
lum misericordia eius. Dicat nunc ysrael
quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat
nunc domus aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dñm: quoniam in seculum
misericordia eius. De tribulatione invocavi dñm
et exaudivit me in latitudine dñs. Dominus
mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus michi adiutor: et ego despiciam inimi
cos meos. Bonum est confidere in dño: quam confide
re in homine. Bonum est sperare in dño: quam sperare
in principibus. Omnes gentes circuierunt me: et
in nomine domini ~~dñi~~ quia ultus sum in eos.
Circumdantes circumdederunt me: et in nomine
dñi quia ultus sum in eos. Circumdederunt me sicut
apes: et exarserunt sicut ignis in spinis: et in no
mine dñi quia ultus sum in eos. Impulsus et
eversus sum ut caderem: et dñs suscepit me. For
titudo mea et laus mea dñs: et factus est michi
in salutem. Vox exultationis et salutis in taber
naculis iustorum. Dextera dñi fecit virtutem: dex

tera dni exaltauit me: dextera dni fecit uirtu
tem. Non moriar sz uiuaz: 7 narrabo opera dni.
Castigans castigauit me dns: 7 morti nō tra
didit me. Aperite michi portas iusticie: et
ingressus in eas confitebor dno: hec porta do
mini iusti intrabunt in eaz. Confitebor tibi
quoniaz exaudisti me: 7 factus es michi in
salutez. Lapidez quez reprobauerunt edi
ficantes: hic factus est in caput anguli. A do
mino factum est istud: 7 est mirabile i oculis
nostris. Hec est dies quā fecit dns: exultez
et letemur in ea. O dne saluū me fac: o do
mine bene prospare: benedictus qui uenit
in nomine domini. Benediximus uobis de
domo dni: deus dns 7 illuxit nobis. Con
stituite diez sollennez in cōdensis: usqz
ad cornu altaris. Deus meus es tu 7 con
fitebor tibi: deus meus es tu 7 exaltabo te.
Confitebor tibi quoniaz exaudisti me: et
factus es michi in salutez. Confitemini do
mino quoniaz bonus: qm in seculum mise
ricordia eius. Ad primam antiphona.



Veni. Euouae. a. Gloria. Euouae. a. Deus. Euouae.



a. Vnio ego. Euouae. añ. Iamne. Euouae.



a. Cognouerunt. Euouae. Psalmus.

Beati immaculati in uia: qui ambulāt
in lege dni. Beati qui scrutantur
testimonia eius: in toto corde exq
runt eum. Non enim q operant
iniquitatez: in uijs eius ambulauerunt. Tu
mandasti: mandata tua custodiri nimis. Uti
nam dirigantur uie mee: ad custodiendas
iustificationes tuas. Tunc nō cōfundar:
cuz prospexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis: in eo
qd didici iudicia iusticie tue. Iustificatio
nes tuas custodiaz: nō me derelinquas usqz
quaqz. Psalmus david.
In quo corrigit adolescentior uiaz suā:
in custodiendo smones tuos. In toto corde
meo exquisiui te: ne repellas me a manda
tis tuis. In corde meo abscondi eloquia
tua: ut non peccez tibi. Benedictus es do
mine: doce me iustificationes tuas. In labijs

meis: pronunciaui omnia iudicia oris tui.
In uia testimoniorum tuorum delectatus sum:
sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis
exercebor: et considerabo uias tuas. Iustifica
tionibus tuis meditabor: nõ obliuiscar s'mo
nes tuos. Ps.
Retribue s'uo tuo: uiuifica me et custodiã
s'mones tuos. Reuella oculos meos: et
considerabo mirabilia de lege tua. Incola
ego sũ in terra: nõ abscondas a me mandata
tua. Concupiuit anima mea desiderare iusti
ficationes tuas: in omni tẽpore. Increpasti su
perbos: maledicti qui declinant a mandatis
tuis. Aufer a me obprobriũ et cõtemptum:
quia testimonia tua exquisiui. Et enĩ sede
runt principes: et aduersũ me loquebantur:
seruus autẽ tuus exercebatur in iustificatio
nibus tuis. Nam et testimonia tua medita
tio mea est: et consiliũ meũ iustificationes tue.
Adhesit pauimento anima mea: Ps.
uiuifica me secundũ uerbũ tuũ. Vias
meas enunciaui et exaudisti me: doce me iu
stificationes tuas. Viam iustificationũ tuarũ
instrue me: et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit aĩa mea pre tedio: confirma me
in uerbis tuis. Viam iniquitatis amoue
a me: et de lege tua miserere mei. Viam ueri

tis elegi: iudicia tua nõ sum oblitus. Adhesi
testimonijs tuis dñe: noli me confundere. Viã
Viam mandatorum tuorũ cucurri: cum
dilatasti cor meũ. In aduentu ferialibus
diebus. Ad primam. antiphona.



Veni et libera nos deus noster.
Dominica a Domine ne in ira. usqz ad sep
tuagesima. et a. Deus omniũ. usqz ad ad
uentum antiphona.



Gloria tibi trinitas equalis una deitas et
ante omnia secula et nunc et in perpetuum.
Ferialibus diebus. ad primam antiphona.



Deus exaudi orationẽ meã auribus percipe

uerba oris mei. In quadragesima. Ad primam. ant.

Viuo ego dicit dominus nolo mortem

peccatoris sed ut magis conuertat et uiuat.

In passione domini antiphona.

Anime impiorum fremebant aduersum me et

grauatum est cor meum super eos. In pasce. ant.

Cognouerunt dominum alleluya in fractione

panis alleluya. Ad terciam ant. Veni domine.

Euouae. R. Laus. Euouae. R. Deduc me

Euouae. R. Aduenerunt nobis. Euouae.

R. Judicasti. Euouae. R. Pax nobis. Euouae.

Legem pone michi domine uiam iustificationum tuarum: et exquiram eam semper. Da michi intellectum et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo. Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam uolui. Inclina cor meum in testimonia tua: et non in auaritiam. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem: in uia tua uiuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo. Amputa obprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda.

Ecce concupivi mandata tua in equitate tua
vivifica me. Ps.
Et veniat sup me misericordia tua dñe:
salutare tuum secundum eloquium tuum:
Et respondebo exprobantibus michi verbum:
quia speravi in sermonibus tuis. Et ne au
feras de ore meo verbum veritatis usquequaque:
quia in iudiciis tuis sup speravi. Et custodi
am legem tuam semper: in seculum et in seculum
seculi. Et ambulabam in latitudine: quia
mandata tua exquisivi. Et loquebar de
testimoniis tuis in conspectu regum: et nõ con
fundebar. Et meditabar in mandatis tuis:
que dilexi. Et levavi manus meas ad mã
data tua que dilexi: et exercebor in iustifica
tionibus tuis. Ps.
Memor esto verbi tui servo tuo: in quo m
spem dedisti. Hec me consolata est in hu
militate mea: quia eloquium tuum vivificavit
me. Superbi inique agebant usquequaque: a lege
autem tua nõ declinavi. Memor fui iudicio
rum tuorum a seculo dñe: et consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus dere
linquentibus legem tuam. Cantabiles michi
erant iustificationes tue: in loco peregrina
tionis mee. Memor fui nocte nominis tui
domine: et custodivi legem tuam. Hec facta

est

est michi: qa iustificationes tuas exquisivi. Ps.
Portio mea dñe: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto cor
de meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Co
gitavi vias meas: et converti pedes meos in testimo
nia tua. Paratus sum et nõ sum turbatus: ut custo
diam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi
sunt me: et legem tuam nõ sum oblitus. Me
dia nocte surgebam ad confitendum tibi: sup iu
dicia iustificationis tue. Particeps ego sum omnium
timentium te: et custodientium mandata tua.
Misericordia tua dñe plena est terra: iustifica
tiones tuas doce me. Ps.
Bonitatem fecisti cum servo tuo dñe: secu
dum verbum tuum. Bonitatem et discipli
nam et scientiam doce me: quia mandatis tuis
credidi. Priusquam humiliarer ego deliqui:
propterea eloquium tuum custodivi. Bonus es
tu: et in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est sup me iniquitas superborum: ego
autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego vero le
gem tuam meditatus sum. Bonum michi qa
humiliasti me: ut discam iustificationes tuas.
Bonum michi lex oris tui: sup milia auri et
argenti. Ps.
Manus tue fecerunt me et plasmaverunt me.

da michi intellectuz ut discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me ⁊ letabuntur: quia
in verbo tuo sup speravi. Cognovi dñe quia
equitas iudicia tua: ⁊ in veritate tua humiliasti
me. Fiat misericordia tua ut consoletur me:
secunduz eloquiuz tuuz servo tuo. Veniant in
miserationes tue ⁊ vivam: qa lex tua meditatio
mea est. Confundantur supbi qa i iuste iniq
tatez fecerunt in me: ego autez exercebor in
mandatis tuis. Convertantur michi timen
tes te: ⁊ qui noverunt testimonia tua. Fiat cor
meuz immaculatuz in iustificationibus tuis: ut
non confundar.

℟. Veni domine ⁊ noli tardare relaxa facinora
plebis tue ysrael. ℣. Laus et perhennis gloria
deo patri ⁊ filio sancto simul paraclito in secula

seculorum. ℣. Deduc me dñe in semitaz man
datoruz tuorum. ℟. Advenerunt nobis dies
penitentie ad redimenda peccata ⁊ salvandas
animas. ℣. Iudicasti dñe causaz aĩe mee
defensor vite mee domine deus meus. Añ.
Pax nobis ego sum alleluya nolite timere
alleluya. Ad sextã añt. Tuaz dñe. Euouae.



a. Gloria laudis. Euouae. an. Adiuua me



Euouae. an. Comendemus. Euouae.



a. Populi. Euouae. an. Ecce ego. Euouae

Defecit in salutare tuum aia mea: et in uerbum tuum sup speraui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me. Quia factus sum sicut uter in pruina: iustificationes tuas nō sum oblitus. Quot sunt dies serui tui: quādo facies de psequētibus me iudicium. Narrauerunt michi iniqui fabulationes: sed non ut lex tua. Omnia mandata tua ueritas: iniqui psecuti sunt me adiuua me. Paulominus consumauerunt me in terra: ego autem nō dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam uiuifica me et custodiam testimonia oris tui. In eternum dne: uerbum tuum permanet in celo. In generatione et generationem ueritas

tua: fundasti terram et permanet. Ordinatione tua perseuerant dies: quoniam omnia seruiunt tibi. Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc forte perissem in humilitate mea. In eternum nō obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis uiuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores ut perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consumationis uidi finem: latum mandatum tuum nimis. Ps.

Quomodo dilexi legem tuam dne: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum michi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui. Ab omni uia mala prohibui pedes meos: ut custodiam uerba tua. A iudiciis tuis nō declinaui: quia tu legem posuisti michi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem uiam iniquitatis. Ps.

Lucerna pedibus meis uerbum tuum: et lumen semitis meis. Iuraui et statui: custodire iudicia iusticie tue. Humiliatus sum usquequaque: dne uiuifica me secundum uerbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac dne:

et iudicia tua doce me. Anima mea in manibꝫ
meis semp: ⁊ legem tuam nō sū oblitus. Po
suerunt peccatores laqueū michi ⁊ de man
datis tuis nō erraui. Hereditate acquisiui te
stimonia tua in eternū: quia exultacio cordis
mei sunt. Inclinaui cor meū ad faciendas
iustificationes tuas in eternū: propter retri
butionem. Ps.

Iniquos odio habui: ⁊ legē tuā dilexi.
Adiutor ⁊ susceptor meus es tu: ⁊ in uerbū
tuū supsperaui. Declinate a me maligni: ⁊
scrutabor mandata dei mei. Suscipe me
secūdū eloquiū tuum ⁊ uiuā: ⁊ nō confun
das me ab expectatione mea. Adiuua me ⁊
saluus ero: ⁊ meditabor in iustificationibꝫ tuis
semper. Spreuisti omnes discedentes a iusti
ciis tuis: qa iniusta ē cogitatio eoꝝ. Preua
ricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo
dilexi testimonia tua. Confige timore tuo
carnes meas: a iudiciis eni tuis timui. Ps.

Feci iudiciū ⁊ iusticiā: nō tradas me ca
lumniantibus me. Suscipe seruū tuū
in bonū: nō calūnient me supbi. Oculi
mei defecerunt in salutare tuū: ⁊ in eloquiū
iusticie tue. Fac cū seruo tuo sēm misericor
diam tuā: ⁊ iustificationes tuas doce me. Ser
uus tuus sum ego: da michi intellectum ut

ut sciam testimonia tua. Tempus faciendi dñe:
dissipauerunt legem tuā. Ideo dilexi manda
ta tua: sup aurum ⁊ topacion. Propterea ad
omnia mandata tua dirigebar: omnem uiam ini
quā odio habui.

℟. Tuā dñe excita potenciā ⁊ ueni ad saluādū
nos. ℣. Gloria laudis resonet in ore omnium
patri genitoq; proli spiritui sancto pariter
resultet laude phenni. ℣. Adiuua me et
saluus ero dñe. ℣. Comendemus nos metipsos

in multa paciencia in ieiuniis multis per arma

iusticie. ℟. Popule meus quid feci tibi aut quid

molestus fui responde mihi. ℟. Ecce ego

nobiscum sum alleluya omnibus diebus alleluya.

Ad nonam in aduentu domini antiphona.

In tuo aduentu. Euouae. ℟. Ex quo omnia

Euouae. ℟. Aspice. Euouae. ℟. Per arma

iusticie. Euouae. ℟. Nunquid redditur. Euouae

℟. Noli flere. Euouae. Psalmus dauid.

Mirabilia testimonia tua: ideo scruta
ta est ea anima mea. Declaratio sermonum
tuorum illuminat: et intellectum dat
paruulis. Os meum aperui et attraxi
spiritum: quia mandata tua desiderabam. Aspice in
me et miserere mei: secundum iudicium diligentium no
men tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium
tuum: ut non dominetur mei omnis iniusticia. Redime
me a calumpniis hominum: ut custodiam manda
ta tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum:
et doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem
tuam. Psalmus dauid.
Iustus es domine: et rectum iudicium tuum. Man
dasti iusticiam testimonia tua: et ueritatem tuam ni
mis. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt
uerba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum
uehementer: et seruus tuus dilexit illud. Ado
lescentulus sum ego et contemptus: iustificatio
nes tuas non sum oblitus. Iusticia tua iusticia
in eternum: et lex tua ueritas. Tribulatio et an
gustia inuenerunt me: mandata tua meditatio
mea est. Equitas testimonia tua in eternum:
intellectum da michi et uiuam. Psalmus.

Clamaui intoto corde exaudi me dñe: iusti
ficationes tuas requiram. Clamaui ad
te saluum me fac: ut custodiam mandata tua. Pre
ueni in maturitate et clamaui: et in uerba tua
sup speraui. Preuenerunt oculi mei ad te dilu
culo: ut meditarer eloquia tua. Uocem meam
audi secundum misericordiam tuam dñe: et secun
dum iudicium tuum uiuifica me. Appropinqua
uerunt persequentes me iniquitati: a lege aut
tua longe facti sunt. Prope es tu dñe: et oës
uie tue ueritas. Initio cognoui de testimonijs
tuis: qa in eternum fundasti ea. Ps.
Uide humilitatem meam et eripe me: qa legē
tuam non sum oblitus. Iudica iudicium
meum et redime me: pp̄ter eloquium tuum uiuifica
me. Longe a peccatoribus salus: qa iustifica
tiones tuas non exquisierunt. Misericordie
tue multe dñe: secundum iudicium tuum uiuifi
ca me. Multi qui persecuntur me et tribulant
me: a testimonijs tuis nō declinaui. Uidi pre
uaricantes et tabescebam: qa eloqa tua nō cu
stodierunt. Uide qm̄ mandata tua dilexi dñe:
in misericordia tua uiuifica me. Principium uer
borum tuorum ueritas: in eternum omnia iudicia
iusticie tue. Ps.
Principes persecuti sunt me gratis: et a
uerbis tuis formidauit cor meum. Le

tabor ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit
spolia multa. Iniquitatem odio habui et ab
hominatus sum: legem autem tuam dilexi. Sep
ties in die laudem dixi tibi: sup iudicia iusticie
tue. Pax multa diligentibus legem tuam: et nō
est illis scandalum. Expectabam salutare tuum
dñe: et mandata tua dilexi. Custodiuit anima
mea testimonia tua: et dilexit ea uehementer.
Seruaui mandata tua et testimonia tua: quia
omnes uie mee in cospectu tuo. Ps.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu
tuo dñe: iuxta eloquium tuum da michi in
tellectum. Intret postulatio mea in cōspectu
tuo: secundum eloquium tuum eripe me. Eructa
bunt labia mea ymnum: cum docueris me iusti
ficationes tuas. Pronuntiabit lingua mea
eloquium tuum: qa omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua ut saluet me: quoniā man
data tua elegi. Concupiui salutare tuū dñe:
et lex tua meditatio mea est. Uiuet anima
mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis que perijt: quere seruum tuū
dñe qa mandata tua nō sum oblitus. Añ.

In tuo aduentu erue nos dñe. Añ. Ex quo

omnia per quez omnia in quo omnia. añ.

Ipsi gloria in secula. añ. Aspice in me dñe

et miserere mei. añ. Per arma iusticie uirtutis

dei cōmendemus nos metipsos in multa

paciencia. añ. Nuq͂d redditur pro bono malū

quia foderunt foueaz anime mee. añ. Noli

flere maria alleluya resurrexit dominus

alleluya. añ. Clamaui. Euouae.

Ad dominum cuz tribularer clamaui: et
exaudiuit me. Domine libera aiaz
meaz a labijs iniqs: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi: ad linguaz dolosaz. Sagitte potentis ac
cute: cuz carbonibus desolatorijs. Heu michi qa
incolatus meus prolōgatus est: habitaui cuz ha
bitantibus cedar multuz incola fuit anima mea.
Cuz his qui oderunt pacez eraz pacificus: cuz
loquebar illis ipugnabant me gratis. añ.

Clamaui et exaudiuit me. añ. Auxiliuz. Euouae.

Leuaui oculos meos in montes: unde
unde ueniet auxiliuz michi. Auxiliuz
meuz a dño: qui fecit celuz et terraz. Non det
in cōmotionez pedem tuuz: neqz dormitet qui
custodit te. Ecce nō dormitabit neqz dormiet:
qui custodit ysrael. Dominus custodit te: dñs
protectio tua sup manuz dexteraz tuaz. Per diez
sol non uret te: neqz luna p noctez. Dñs custodit
te ab omni malo: custodiat animaz tuam dñs.


Dominus custodiat introytuz tuuz z exituz tuu: ex hoc nunc z usqz in seculuz. añ.



Auxiliuz meuz a domino. añ. Magnificat



anima mea dominum. ps. Ii pm. Euouae



añ. In domum. Euouae. Ps.

Letatus sum in hys que dicta sut michi: in domuz dni ibimus. Stantes erant pedes nri: in atriis tuis ierusalez. Ierusalez que edificatur ut ciuitas: cui participatio eius in idipm. Illuc enim ascenderut tribus tribus dni testimoniuz ysrael: ad ↄfitendum nomini dni. Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes sup domuz dauid. Rogate que ad pacem sunt ierusalem: z habundantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua: z habundantia in turriby tuis. Propter fratres meos et proximos meos: loquebar pacez de te. Propter domuz dni dei nri: quesiui bona tibi.




In domum domini letantes ibimus. añ



Qui habitas. Euouae. Ps.

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi suorum in maniby dominorz suorz. Sicut oculi ancille in maniby dne sue: ita oculi nri ad dnm deum nostruz donec misereatur nri. Miserere nri dne miserere nostri: qa multuz repleti sumus despectione. Quia multuz repleta est anima nostra: obpbriuz habundantiby z despectio supbis.



añ. Qui habitas in celis miserere nobis.



añ. Adiutorium. Euouae. Ps.

Nisi qa dns erat in nobis dicat nunc ysrael: nisi qa dns erat in nobis. Cuz exurgerent homines in nos: forte uiuos de

glutissent nos. Cum irasceretur furor eorum
in nos: forsitan aqua obsorbuisset nos. Torrē
tem ptransiuit anima nr̄a: forsitan ptransisset
aiā nostra aquā intollerabilē. Benedictus
dn̄s: qui nō dedit nos in captionē dentibus
eorū. Anima nostra sicut passer erepta est: de
laqueo uenantiū. Laqueus contritus est: ꝛ
nos liberati sumus. Adiutoriū nostrum in
nomine dn̄i: qui fecit celū ꝛ terrā.



an. Adiutorium nostrum in nomine domini.



an. Benefac. Euouae. Ps.

Qui confidunt in dn̄o sicut mons syon:
nō commouebitur in eternū qui habi
tat in yerusalem. Montes in circuitu ei' ꝛ dn̄s
in circuitu populi sui: ex hoc nunc ꝛ usq; in
seculū. Quia nō relinquet dn̄s uirgā pec
catorū sup sortē iustorū: ut nō extendant
iusti ad iniquitatē manus suas. Bene fac
dn̄e: bonis ꝛ rectis corde. Declinantes autē
in obligationes: adducet dn̄s cū operantibus
iniquitatē: pax sup ysrael. Ps.



an. Bene fac domine bonis et rectis corde.



an. Facti. Euouae.

In conuertendo dn̄s captiuitatem syon:
facti sumus sicut cōsolati. Tunc reple
tum ē gaudio os nostrū: ꝛ lingua nostra exul
tatione. Tunc dicent inter gentes: magnifi
cauit dn̄s facere cū eis. Magnificauit dn̄s
facere nobiscū: facti sumus letantes. Con
uerte dn̄e captiuitatē nostrā: sicut torrens
in austro. Qui seminant in lacrimis: in exul
tatione metent. Euntes ibant ꝛ flebāt: mit
tentes semina sua. Uenientes autē uenient
cū exultatione: portantes manipulos suos.



Facti sumus sicut consolati. an. Exultauit



spiritus meus in deo salutari meo. Ps.



Magnificat. Euouae. ℟. Beatus vir. Euouae.

Nisi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.



℟. Beatus vir qui impleuit desiderium suum.



℟. Beati. Euouae. Ps.

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis habundans: in lateribus domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex syon: et videas bona yerusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super ysrael.



an. Beati omnes qui timent dominum.



an. Benediximus. Euouae. Ps.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc ysrael. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderunt syon. Fiant sicut fenum tectorum: quod priusquam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suam qui metet: et sinum suum qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos: benediximus vobis in nomine domini. Ps.

an. Benediximus vobis in nomine domini.

an. De profundis. Euouae. Ps.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina usque ad noctem: speret ysrael in domino. Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet ysrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

an. De profundis clamaui ad te domine.

an. Speret. Euouae. Ps.

Domine

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea. Speret ysrael in domino: ex hoc nunc et usque in seculum.

a. Speret ysrael in domino. a. Respexit humilitatem meam domine deus meus. ps. Mag. Euouae. a. Et omnis

Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino: votum vouit deo iacob. Si introiero in tabernaculum domus mee: si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis: et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo iacob. Ecce audiuimus eam in effrata: inuenimus eam in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Surge domine in requiem

Euouae.

tuaz: tu et archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iusticiaz: et sancti tui exultent. Propter david servum tuum: non avertas faciez cristi tui. Iuravit dominus david veritatez et non frustrabitur euz: de fructu ventris tui ponaz sup sedez tuam. Si custodierint filij tui testamentuz meuz: et testimonia mea hec que docebo eos. Et filij eorum: usqz in seculuz sedebunt sup sedem tuaz. Quoniaz elegit dominus syon: elegit eam in habitationem sibi. Hec requies mea in seculuz seculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Viduaz eius benedicens benedicaz: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induaz salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu david: paravi lucernaz xpo meo. Inimicos eius induaz confusione: sup ipsum autez efflorebit sanctificatio mea.

an. Et omnis mansuetudinis eius. an. Ecce. Euouae.

Ecce quam bonuz et quaz iocunduz: habitare fratres in unuz. Sicut unguentuz in capite: quod descendit in barbaz barbam aaron. Quod descendit in horaz uestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montez

syon. Quoniam illic mandavit dominus benedictionez: et vitaz usqz in seculuz. an.

an. Ecce quam bonum et quam iocundum. ps.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes servi domini. Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta: et benedicite dominum. Benedicat te dominus ex syon: qui fecit celuz et terraz.

an. Omnia. Euouae. Ps.

Laudate nomen domini: laudate servi dominum. Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri. Laudate dominum quia bonus dominus: psallite nomini eius quoniam suave. Quoniam iacob elegit sibi dominus: ysrael in possessionez sibi. Quia ego cognovi quod magnus est dominus: et deus noster pre omnibus dijs. Omnia quecumqz voluit dominus fecit in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluviaz fecit. Qui producit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita egipti ab homine usqz ad pecus.

Et misit signa ⁊ prodigia in medio tui egypte:
in pharaonem ⁊ in omnes servos eius. Qui per
cussit gentes multas: ⁊ occidit reges fortes. Se
on regem amorreorum: ⁊ og regem basan: ⁊ omnia
regna canaan. Et dedit terram eorum heredita
tem: hereditatem ysrael populo suo. Domine
nomen tuum in eternum: domine memoriale tuum
in generatione ⁊ generationem. Quia iudicabit dominus
populum suum: ⁊ in servis suis deprecabitur. Si
mulacra gentium argentum ⁊ aurum: opera ma
nuum hominum. Os habent ⁊ non loquentur:
oculos habent ⁊ non videbunt. Aures habent ⁊ non
audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum. Si
miles illis fiant qui faciunt ea: ⁊ omnes qui confi
dunt in eis. Domus ysrael benedicite domino:
domus aaron benedicite domino. Domus levi
benedicite domino: qui timetis dominum benedicite
domino. Benedictus dominus ex syon: qui habitat
in ierusalem.

Añ. Omnia quecumque voluit dominus fecit.

Añ. Quoniam. Euouae. Ps.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in
eternum misericordia eius. Confitemini deo
deorum. Confitemini domino dominorum. Qui facit mi
rabilia magna solus. Qui fecit celos in intellectu.
Qui firmavit terram super aquas. Qui fecit lu
minaria magna. Solem in potestate diei. Lu
nam ⁊ stellas: in potestate noctis. Qui percussit
egyptum cum primogenitis eorum. Qui eduxit ysrael:
de medio eorum. In manu potenti: ⁊ brachio ex
celso. Qui divisit mare rubrum: in divisiones. et
Et eduxit ysrael: per medium eius. Et excussit
pharaonem ⁊ virtutem eius: in mari rubro. Qui
traduxit populum suum per desertum. Qui percussit
reges magnos. Et occidit reges fortes. Seon
regem amorreorum. Et og regem basan. Et dedit
terram eorum hereditatem. Hereditatem ysrael servo
suo. Quia in humilitate nostra: memor fuit nostri. Et
redemit nos: ab inimicis nostris. Qui dat escam
omni carni. Confitemini deo celi. Confitemini
domino dominorum: quoniam in eternum misericordia eius.

Añ. Quoniam in eternum misericordia eius.

Añ. Hymnum. Euouae.

Super flumina babilonis illic sedimus
et fleuimus: dum recordaremur tui syō.
In salicibus in medio eius: suspendimus or
gana nr̄a. Quia illic interrogauerunt nos q
captiuos duxerunt nos: uerba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: ymnuz cantate nob
de canticis syon. Quomodo cantabimus can
ticum dn̄i: in terra aliena. Si oblitus fuero
tui ierusalez: obliuioni detur dextera mea. Ad
hereat lingua mea faucibus meis: si nō meminne
ro tui. Si nō proposuero tui ierl'ez: in principio
leticie mee. Memor esto dn̄e filioꝝ edom: in
die ierusalem. Qui dicunt exinanite: exina
nite usqz ad fundamentuz in ea. Filia babilo
nis misera: beatus qui retribuet tibi retribuet
tibi retributionez tuaz quaz retribuisti nob.
Beatus qui tenebit: et allidet paruulos suos
ad petram.

an̄. Hymnuz cantate nobis de canticis syon. an̄.

Deposuit potentes sanctos psequentes et
exaltauit humiles xp̄m confitentes. Ps.

Magnificat. Euouae. an̄. In conspectu. Euouae.
Confitebor tibi domine in toto corde meo:
quoniaz audisti uerba oris mei. In cō
spectu angeloꝝ psallam tibi: adorabo ad tēplum
sanctuz tuuz et confitebor nomini tuo. Super
misericordia tua et ueritate tua: quī magnificasti
sup omne nomen sanctuz tuuz. In quacunqz
die inuocauero te exaudi me: multiplicabis
in anima mea uirtutez. Confiteantur tibi do
mine omnes reges terre: qa audierunt omnia
uerba oris tui. Et cantent in uijs dn̄i: quoniā
magna est gloria dn̄i. Quī excelsus dominus
et humilia respicit: et alta alonge cognoscit. Si
ambulauero in medio tribulationis uiuificabi
me: et sup iraz inimicoꝝ meoꝝ extendisti manū
tuaz. et saluuz me fecit dextera tua. Dominus
retribuet pro me: dn̄e misericordia tua in seculuz
opera manuuz tuaruz ne despicias.

an. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus.

an. Domine. Euouae. Ps.

Domine probasti me et cognouisti me: tu
cognouisti sessionem meam et resurrectionem
meam. Intellexisti cogitationes meas de longe:
semitam meam et funiculum meum inuestigasti. Et
omnes uias meas preuidisti: quia non est sermo in
lingua mea. Ecce domine tu cognouisti omnia
nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti
super me manum tuam. Mirabilis facta est sciencia
tua ex me: confortata est et non potero ad eam.
Quo ibo ab spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam.
Si ascendero in celum illic es: si descendero ad
infernum ades. Si sumpsero pennas meas dilu
culo: et habitauero in extremis maris. Et enim
illuc manus tua deducet me: et tenebit me dex
tera tua. Et dixi: forsitan tenebre conculcabunt
me: et nox illuminatio mea in delitiis meis. Quia
tenebre non obscurabuntur a te: et nox sicut dies
illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen
eius. Quia tu possedisti renes meos: suscepisti

me de utero matris mee. Confitebor tibi quia
terribiliter magnificatus es: mirabilia opera
tua et anima mea cognoscet nimis. Non est
occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: et
substancia mea in inferioribus terre. Inpefectum
meum uiderunt oculi tui: et in libro tuo omnes
scribentur: dies formabuntur et nemo in eis.
Michi autem nimis honorificati sunt amici tui
deus: nimis confortatus est principatus eorum.
Dinumerabo eos et super harenam multiplica
buntur: exsurrexi et adhuc sum tecum. Si occide
ris deus peccatores: uiri sanguinum declinate a
me. Quia dicitis in cogitatione: accipiant in ua
nitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te
domine oderam: et super inimicos tuos tabescebam.
Perfecto odio oderam illos: et inimici facti sunt
michi. Proba me deus et scito cor meum: interro
ga me et cognosce semitas meas. Et uide si uia
iniquitatis in me est: et deduc me in uia eterna.

an. Domine probasti me et cognouisti me.

an. A uiro. Euouae. Ps.

Eripe me dñe ab homine malo: a uiro
iniquo eripe me. Qui cogitauerunt ini
quitates in corde: tota die constituebant prelia
Acuerunt linguas suas sicut serpentes: uene
num aspidum sub labiis eoꝝ. Custodi me do
mine de manu peccatoris: ⁊ ab hominibꝫ iniqs
eripe me. Qui cogitauerunt supplantare
gressus meos: absconderunt superbi laqueum
michi. Et funes extenderunt in laqueum: iu
xta iter scandalum posuerunt michi. Dixi
dño deus meus es tu: exaudi dñe uocem de
precationis mee. Domine dñe uirtus salutis
mee: obumbrasti sup caput meum in die belli. Nõ
tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogita
uerunt contra me ne derelinquas me ne forte
exaltentur. Caput circuitus eoꝝ: labor labio
rum ipsoꝝ operiet eos. Cadent sup eos carbo
nes: in ignem deiicies eos in miseriis nõ sub
sistent. Vir linguosus nõ dirigetur in terra: uirũ
iniustum mala capient in interitu. Cognoui
quia faciet dñs iudicium inopis: ⁊ uindictam
pauperum. Verumtamen iusti confitebuntur no
mini tuo: ⁊ habitabunt recti cum uultu tuo.

añ. A uiro iniquo libera me dñe. añ. Dñe. Euouae.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende
uoci mee cum clamauero ad te. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: ele
uatio manuum mearum sacrificium uespertinum.
Pone dñe custodiam ori meo: ⁊ ostium circũstan
tie labiis meis. Nõ declines cor meum in uerba ma
litie: ad excusandas excusationes in peccatis.
Cum hominibꝫ operantibꝫ iniquitatem: ⁊ nõ comu
nicabo cum electis eoꝝ. Corripiet me iustus
in misericordia ⁊ increpabit me: oleum autem
peccatoris nõ impinguet caput meum. Qm
adhuc et oratio mea in beneplacitis eoꝝ: absor
pti sunt iuncti petre iudices eoꝝ. Audient
uerba mea quoniam potuerunt: sicut crassitudo
terre erupta est sup terram. Dissipata sunt ossa
nostra secus infernum: quia ad te dñe dñe oculi
mei: in te speraui nõ auferas animam meam.
Custodi me a laqueo quẽ statuerunt michi:
et a scandalis operantium iniquitatem. Cadent i
retiaculum eius peccatores: singulariter sum
ego donec transeam

añ. Dñe clamaui ad te exaudi me. añ. Portio. Euouae.

Voce mea ad dñm clamaui: uoce mea ad
dñm deprecatus sum. Effundo in con

spectu eius orõnem meam: et tribulationẽ meã
ante ipsũ pronuntio. In deficiendo ex me spi
ritũ meũ: et tu cognovisti semitas meas. In via
hac qua ambulabam: absconderunt laqueũ m̃.
Considerabam ad dexteram et videbam: et nõ erat
qui cognosceret me. Periit fuga a me: et nõ est q
requirat aĩaz meaz. Clamavi ad te dñe: dixi tu
es spes mea portio mea in terra viventiũ. Intẽde
ad deprecationẽ meaz: qa humiliatus sũ nimis
Libera me a psequẽtib; me: qa cõfortati sũt sup
me. Educ de custodia aĩam meaz ad confitẽdũ
nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas
mihi. Añ.

Portio mea dñe sit in terra viventium. Añ.

Suscepit deus ysrael puerum suũ sicut locutus

est abraaz et semini eius et exaltavit humiles

usqz in seculum. Ps. Magnificat. Euouae.
Domine exaudi orationem meaz: auribus
percipe obsecrationem meaz: in veritate
tua exaudi me in tua iusticia. Et non intres i
iudiciuz cuz servo tuo: quia nõ iustificabitur in cõ
spectu tuo omnis vivens. Quia psecutus est ini
micus animam meaz: humiliavit in terra vitaz meã.
Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi:
et anxiatus est sup me spiritus meus: in me tur
batuz est cor meuz. Memor fui dierum antiquorum:
meditatus sum in omnib; opibus tuis: et in factis
manuuz tuarum meditabar. Expandi manus me
as ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me dñe: defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tuam a me: et similis ero
descendentib; in lacuz. Auditam fac michi ma
ne misericordiaz tuaz: qa in te speravi. Notaz fac
michi viaz in qua ambulem: qa ad te levavi ani
mam meam. Eripe me de inimicis meis dñe
ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam
qa deus meus es tu. Spiritus tuus bonus dedu
cet me in terram rectam: propter nomen tuum
dñe vivificabis me in equitate tua. Educes de
tribulatione animaz meaz: et in misericordia tua

disperdes inimicos meos. Et perdes omēs
qui tribulant animaz meam: quoniaz ego ser
uus tuus sum.



Ps.

Benedictus dn̄s deus meus q docet man
meas ad prelium: et digitos meos ad bellū.
Misericordia mea ⁊ refugiuz meū: susceptor
meus et liberator meus. Protector meus ⁊
in ipso speraui: qui subdit populuz meuz sb
me. Domine qd est homo qa innotuisti ei:
aut filius hominis quia reputas euz. Homo
uanitati similis factus est: dies eius sicut
umbra pretereunt. Domine inclina celos tuos
et descende: tange montes ⁊ fumigabunt. Ful
gura coruscationes ⁊ dissipabis eos: emitte sa
gittas tuas ⁊ conturbabis eos. Emitte manū
tuaz de alto: eripe me ⁊ libera me de aquis mul
tis: ⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ. Quoꝝ os locutū
est uanitatez: ⁊ dextera eoꝝ dextera iniquitatis.
Deus canticuz nouuz cantabo tibi: in psalte
rio decacordo psallaz tibi. Qui das salutez
regibus: qui redemisti dauid seruz tuuz: de
gladio maligno eripe me. Et erue me de
manu filioꝝ alienoꝝ: quoꝝ os locutum est

uanitatem: et dextera eoꝝ dextera iniquitatis.
Quoꝝ filij: sicut nouelle plantationes i iuuen
tute sua. Filie eoꝝ cōposite: circūornate ut si
militudo templi. Promptuaria eoꝝ plena: eruc
tantia ex hoc in illud. Oues eoꝝ fetose habū
dantes in egressib⁹ suis: boues eoꝝ crasse. Nō
est ruina macerie: neqz transitus neqz clamor
in plateis eoꝝ. Beatum dixerunt populuz
cui hec sunt: beatus populus cui⁹ dn̄s deus ei⁹.





Ps.

Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicaz
nomini tuo in seculuz ⁊ in seculuz secli.
Per singulos dies benedicam tibi: ⁊ laudabo
nomen tuuz in seculuz ⁊ in seculuz seculi. Ma
gnus dn̄s ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudi
nis eius nō est finis. Generatio ⁊ generatio
laudabit opa tua: ⁊ potentiā tuam pronun
tiabunt. Magnificentiaz glorie sanctitatis
tue loquentur: et mirabilia tua narrabunt
Et uirtutez terribilioꝝ tuoꝝ dicēt: ⁊ ma

gnitudinez tuã narrabunt. Memoriã habun
dantie suauitatis tue eructabunt: ⁊ iusticia
tua exultabunt. Miserator ⁊ misericors dñs:
paciẽs ⁊ multuz misericors. Suauis dñs uni
uersis: ⁊ miserationes eius sup opa eius. Confi
teantur tibi dñe oĩa opa tua: et sancti tui
benedicent tibi. Gloriaz regni tui dicẽt:
et potentiaz tuaz loquentur. Ut notaz faci
ant filys hominum potentiaz tuaz: et gliaz
magnificẽtie regni tui. Regnuz tuuz regnũ
omniuz seculoz: ⁊ dñatio tua in omni ge
neratione ⁊ generatione. Fidelis dñs in
omnibꝫ uerbis suis: ⁊ sanctus in omnibꝫ ope
ribus suis. Alleuat dñs omnes q corruunt
et erigit oẽs elisos. Oculi omniuz in te sperãt
dñe: et tu das escaz illoz in tẽpore oportũo.
Aperis tu manuz tuaz: et imples omne ani
mal benedictione. Iustus dñs in omnibus
uijs suis: et sanct' in omnibꝫ operibus suis.
Prope est dñs omnibꝫ inuocantibus eum:
omnibꝫ inuocantibꝫ euz in ueritate. Volũ
tatez timentiuz se faciet: et depcationez eoz
exaudiet: et saluos faciet eos. Custodit
dñs oẽs diligentes se: et oẽs peccatores
disperdet. Laudationez dñi loquet' os meuz:
et benedicat omnis caro nomini sancto ei'
in seculum et in seculuz secula.
Ps

añ. In eternuz et in seculuz seculi. añ. Laudabo. Euouae.

Lauda anima mea dñm: laudabo dñm
in uita mea: psallam deo meo quã diu
fuero. Nolite cõfidere in principibꝫ: in filys
hominuz in quibꝫ nõ est salus. Exibit spirit'
eius ⁊ reuertetur in terraz suaz: in illa die pe
ribunt omnes cogitationes eoz. Beatus cui'
deus iacob adiutor eius: spes ei' in dño deo ipsi':
qui fecit celum et trãz mare ⁊ omnia que in
eis sunt. Qui custodit ueritatem in seculum:
facit iudiciuz iniuriaz patientibꝫ: dat escaz esu
rientibus. Dominus soluit cõpeditos: dñs il
luminat cecos. Dominus erigit elisos: dñs di
ligit iustos. Dominus custodit aduenas: pu
pillum et uiduas suscipiet: ⁊ uias peccatoruz
disperdet. Regnabit dñs in secula: deus tuus
syon: in generatione ⁊ generationem.

añ. Laudabo deum meum in uita mea.

añ. Deo nostro. Euouae.
Ps

Laudate dominum quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iocunda decoraque laudatio. Edificans yerusalem dominus: dispersiones ysraelis congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat. Magnus dominus noster et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usque ad terram. Precinite domino in confessione: psallite deo nostro in cythara. Qui operit celum nubibus: et parat terre pluviam. Qui producit in montibus fenum et herbam servituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis corvorum invocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. an.



Deo nostro iocunda sit laudatio. an. Lauda. Euouae.

Lauda yerusalem dominum: lauda deum tuum syon. Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti saciat te.

Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius. Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cristallum suam sicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annuntiat verbum suum iacob: iusticias et iudicia sua ysrael. Non fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestavit eis.

an. Lauda yerusalem dominum. Ps.

Laudate dominum de celis: laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum: et aque que super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt. Statuit ea in eternum et in seculum seculi: preceptum posuit et non preteribit. Laudate dominum de terra: dracones et omnes abyssi. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri. Bestie et universa pecora: serpentes et volucres pennate. Reges terre et

omnes populi: principes et omnes iudices terre
iuvenes et virgines senes cum iunioribus lau
dent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius
solius. Confessio eius super celum et terram:
et exaltavit cornu populi sui. Hymnus omnibus
sanctis eius: filiis ysrael populo appropinquanti
sibi. Ps.

Cantate domino canticum novum: laus eius
in ecclesia sanctorum. Letetur ysrael in eo qui
fecit eum: et filie syon exultent in rege suo. Lau
dent nomen eius in choro: in tympano et psalterio
psallant ei. Quia beneplacitum est domino in po
pulo suo: et exaltavit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cu
bilibus suis. Exultationes dei in gutture eorum:
et gladii ancipites in manibus eorum. Ad facien
dam vindictam in nationibus: increpationes in
populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus:
et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faci
ant in eis iudicium conscriptum: gloria hec est
omnibus sanctis eius. Ps.

Laudate dominum in sanctis eius laudate
eum in firmamento virtutis eius. Lau
date eum in virtutibus eius: laudate eum secundum
multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum
in sono tube: laudate eum in psalterio et cythara.
Laudate eum in tympano et choro: laudate

- eum -

eum in cordis et organo. Laudate eum in
cymbalis benesonantibus: laudate eum in cym
balis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

Benedicite omnia opera domini domino: laudate
et superexaltate eum in secula. Benedici
te angeli domini domino: benedicite celi domino. Bene
dicite aque omnes que super celos sunt domino:
benedicite omnes virtutes domini domino. Benedi
cite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.
Benedicite ymber et ros domino: benedicite omnis
spiritus dei domino. Benedicite ignis et estus
domino: benedicite frigus et estas domino. Benedici
te rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus
domino. Benedicite glacies et nives domino: benedici
te noctes et dies domino. Benedicite lux et tene
bre domino: benedicite fulgura et nubes domino. Be
nedicat terra dominum: laudet et superexaltet eum
in secula. Benedicite montes et colles domino:
benedicite universa germinantia in terra domino
Benedicite fontes domino: benedicite maria et
flumina domino. Benedicite cete et omnia que
moventur in aquis domino: benedicite omnes volu
cres celi domino. Benedicite omnes bestie et pecora
domino. benedicite filii hominum domino. Benedicat
ysrael dominum: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite sacerdotes domini domino: benedicite
servi domini domino. Benedicite spiritus et anime

iustorum dño: bñdicite sancti et humiles corde
dño. Benedicite anania azaria misael dño
laudate et superexaltate eum in secula. Benedi
camus patrem et filium cum sc̄o spiritu: laudem
et superexaltemus eum in secula. Benedictus es
dñe in firmamento celi: laudabilis et gloriosus
et superaltatus in secula. Ps.

Confitebor tibi dñe quoniam iratus es mihi:
conuersus est furor tuus et cōsolatus es
me. Ecce deus saluator meus: fiducialiter
agam et nō timebo. Quia fortitudo mea et laus
mea dñs: et factus est michi dñs in salutem
Haurietis aquas in gaudio de fontibus salua
toris: et dicetis in illa die: confitemini dño et inuo
cate nomen eius. Notas facite in populis
adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum
est nomen eius. Cantate dño quoniam magnifice
fecit: annunciate hoc in uniuersa terra. Exul
ta et lauda habitatio syon: quia magnus in me
dio tui sanctus israel. Ps.

Ego dixi: in dimidio dierum meorum uadam
ad portas inferi. Quesiui residuum an
norum meorum: dixi nō uidebo dñm deum in
terra uiuentium. Non aspiciam hominem ultra:
et habitatorem quietis. Generatio mea abla
ta est: et conuoluta est a me quasi tabernacula
pastorum. Precisa est uelut a texente uita m

mea: dum ad huc ordirer succidit me. de ma
ne usque ad uesperam finies me. Sperabam usque
ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa
mea. De mane usque ad uesperam finies me sic pullus irundinis
sic clamabo meditabor ut columba. Atte
nuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum
Domine uim patior responde pro me quid
dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fece
rim. Recogitabo tibi omnes annos meos
in amaritudine anime mee. Domine si sic
uiuitur et in talibus uita spiritus mei: corripi
es me et uiuificabis me: ecce in pace amari
tudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam
meam ut nō periret: proiecisti post tergum tuum
omnia peccata mea. Quia nō infernus cō
fitebitur tibi neque mors laudabit te. non
expectabunt qui descendunt in lacum ueri
tatem tuam. Uiuens uiuens ipse confitebitur
tibi, sicut et ego hodie: pater filiis notam
faciet ueritatem tuam. Domine saluum me
fac: et psalmos nostros cantabimus cunctis
diebus uite nostre in domo dñi. Ps.

Exultauit cor meum in dño: et exaltatum
est cornu meum in deo meo. Dilatatum
est os meum super inimicos meos: quia letata sum
in salutari tuo. Nō est sanctus ut est dñs:
neque enim est alius extra te: et nō est fortis sic

deus noster. Nolite multiplicare loqui sub
limia: gloriantes. Recedant vetera de ore v
estro: quia deus scientiarum dominus est: et ipsi prepa
rantur cogitationes. Arcus fortium superatus
est: et infirmi accincti sunt robore. Repleti
prius pro panibus se locaverunt: et famelici sa
turati sunt. Donec sterilis peperit plurimos: et
que multos habebat filios infirmata est. Dominus
mortificat et vivificat: deducit ad inferos et re
ducit. Dominus pauperem facit et ditat: humili
at et sublevat. Suscitans de pulvere egenum: et
de stercore erigens pauperem. Ut sedeat cum prin
cipibus: et solium glorie teneat. Domini enim
sunt cardines terre: et posuit super eos orbem. Pe
des sanctorum suorum servabit: et impii in tenebris
conticescent: quia non in fortitudine sua roborabi
tur vir. Dominum formidabunt adversarii eius:
et super ipsos in celis tonabit. Dominus iudica
bit fines terre: et dabit imperium regi suo: et
sublimabit cornu christi sui. Ps
Cantemus domino: gloriose enim magnifi
catus est: equum et ascensorem deiecit i
mare. Fortitudo mea et laus mea dominus: et fact
est michi in salutem. Iste deus meus et glori
ficabo eum: deus patris mei et exaltabo eum. Do
minus quasi vir pugnator omnipotens nomen
eius: currus pharaonis et exercitum eius proiecit

in mare. Electi principes eius submersi sunt
in mari rubro. abyssi operuerunt eos: descende
runt in profundum quasi lapis. Dextera t
tua domine magnificata est in fortitudine: dextera
tua domine percussit inimicum: et in multitudine
glorie tue deposuisti adversarios meos. Misi
sti iram tuam que devoravit eos sicut stipulam: et
in spiritu furoris tui congregate sunt aque. Ste
tit unda fluens: congregate sunt abyssi in me
dio mari. Dixit inimicus persequar et comprehendam:
dividam spolia: implebitur anima mea. Evagina
bo gladium meum: interficiet eos manus mea.
Flavit spiritus tuus et operuit eos mare: sub
mersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.
Quis similis tui in fortibus domine: quis similis
tui magnificus in sanctitate: terribilis atque lau
dabilis: et faciens mirabilia. Extendisti manum
tuam: et devoravit eos terra. Dux fuisti in misericor
dia tua: populo quem redemisti. Et portasti eum
in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.
Ascenderunt populi et irati sunt: dolores ob
tinuerunt habitatores philistiim. Tunc contur
bati sunt principes edom: robustos moab ob
tinuit tremor: obriguerunt omnes habitato
res chanaan. Irruat super eos formido et pavor:
in magnitudine brachii tui. Fiant immobiles
quasi lapis donec pertranseat populus tuus domine.

donec ptranseat populus tuus iste quē possedi
sti. Introduces eos ⁊ plantabis in monte he
reditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod
operatus es dñe. Sanctuarium tuum dñe quod
firmauerunt manus tue dñs regnabit in eter
num ⁊ ultra. Ingressus est enim eques pharao
cum curribus ⁊ equitibus eius in mare: et redu
xit super eos dñs aquas maris. Filii autem
ysrael ambulauerunt per siccum in medio eius.
Domine audiui auditionem tuam: et timui:
Domine opus tuum: in medio annorum uiuifi
ca illud. In medio annorum notum facies.
cum iratus fueris misericordie recordaberis.
Deus ab austro ueniet: ⁊ sanctus de mōte
pharan. Operuit celos gloria eius: ⁊ laudis
eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit:
cornua in manibus eius. Ibi abscondita ē
fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius: Stetit
et mensus est terram. Aspexit ⁊ dissoluit gen
tes: et contriti sunt mōtes seculi. Incuruati
sunt colles mundi: ab itineribus eternitatis
eius. Pro iniquitate uidi tentoria ethio
pie: turbabuntur pelles terre madian. Numquid
in fluminibus iratus es dñe. aut in fluminibus
furor tuus: uel in mari indignatio tua. Qui
ascendis super equos tuos: ⁊ quadrige tue sal
uatio.

Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tri
bubus que locutus es. Fluuios scindes terre.
uiderunt te ⁊ doluerunt montes: gurges aquarum
transiit. Dedit abyssus uocem suam: altitudo
manus suas leuauit. Sol ⁊ luna steterunt
in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum
ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In
fremitu conculcabis terram: in furore obstu
pefacies gentes. Egressus es in salutem po
puli tui: in salutem cum xpo tuo. Percussisti
caput de domo impii: denudasti fundamē
tum eius usque ad collum. Maledixisti sceptris
eius capiti bellatorum eius: uenientibus ut
turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum:
sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.
Uiam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum
multarum. Audiui ⁊ conturbatus ē uē
ter meus: a uoce contremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: et
subter me scateat. Ut requiescam in die tri
bulationis: ⁊ ascendam ad populum accinctum
nostrum. Ficus enim nō florebit: ⁊ nō erit
germen in uineis. Mentietur opus oliue:
et arua nō afferent cibum. Abscidetur de
ouili pecus: ⁊ nō erit armentum in presepibus
Ego autem in dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo
ihu meo. Deus dñs fortitudo mea: ⁊ ponet

pedes meos quasi cervorum. Et sup excelsa
mea deducet me victor in psalmis canentem.
Audite celi que loquor: audiat terra verba
oris mei. Concrescat in pluvia doctri
na mea: fluat ut ros eloquium meum. Quasi
ymber sup herbam: et quasi stille sup gramina:
quia nomen domini invocabo. Date magnificentiam
deo nostro: dei perfecta sunt opera et omnes vie eius
iudicia. Deus fidelis et absque ulla iniquitate
iustus et rectus: peccaverunt ei et non filii eius in
sordibus. Generatio prava atque perversa: hecine
reddis domino popule stulte et insipiens. Numquid
non ipse est pater tuus. qui possedit et fecit et crea
vit te. Memento dierum antiquorum: cogita cogi
tationes singulas. Interroga patrem tuum et
annunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi. Quando
dividebat altissimus gentes: quando separabat
filios adam. Constituit terminos populorum iuxta
numerum filiorum ysrael. Pars autem domini populus eius:
iacob funiculus hereditatis eius. Invenit eum
in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis.
Circumduxit eum et docuit: et custodivit quasi pu
pillam oculi sui. Sicut aquila provocans ad vo
landum pullos suos: et sup eos volitans. Expan
dit alas suas et assumpsit eos: atque portavit in hu
meris suis. Dominus solus dux eius fuit: et
non erat cum eo deus alienus. Constituit eum sup

excelsam terram: ut comederet fructus agrorum.
Ut sugeret mel de petra: oleumque de saxo durissi
mo. Butyrum de armento et lac de ovibus: cum adipe
agnorum et arietum filiorum basan. Et hyrcos cum
medulla tritici: et sanguinem uve biberent mera
cissimum. Incrassatus est dilectus et recalcitravit:
incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit
deum factorem suum: et recessit a deo salutari suo.
Provocaverunt eum in diis alienis: et in abhomina
tionibus ad iracundiam concitaverunt. Immolave
runt demoniis et non deo: diis quos ignorabant.
Novi recentesque venerunt: quos non coluerunt
patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti: et
oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus et ad
iracundiam concitatus est: quia provocaverunt eum
filii sui et filie. Et ait. abscondam faciem meam ab
eis: et considerabo novissima eorum. Generatio enim
perversa est: et infideles filii. Ipsi me provocave
runt in eo qui non erat deus: et irritaverunt in va
nitatibus suis. Et ego provocabo eos in eo qui non est
populus: et in gente stulta irritabo illos. Ignis
succensus in furore meo: et ardebit usque ad infer
ni novissima. Devorabitque terram cum germine
suo: et montium fundamenta comburet. Congregabo
sup eos mala: et sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame: et devorabunt eos aves
morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam

in eos: cū furore trahentium sup terram atq ser
pentium. Foris vastabat eos gladius et intus
pavor: iuvenem simul ac virginē lactentem
cū homine sene. Et dixi ubi nam sūt: cessare
faciam ex hominib9 memoriā eor. Sed ppt
iram inimicor distuli: ne forte superbirēt ho
stes eor. Et dicerēt manus nostra excelsa:
et nō dñs fecit hec omnia. Gens absq cōsilio
et sine prudentia: utinam saperēt et intellige
rent ac novissima providerent. Quomodo
psequebatur unus mille: et duo fugarēt decem
milia. Nonne ideo qa deus suus vendidit
eos: et dns conclusit illos. Non enim est deus
noster ut dii eor: et inimici nostri sūt iudices.
De vinea sodomorum vinea eor: et de suburba
nis gomore. Uva eor uva fellis. et botrus
amarissimus. Fel draconum vinum eorum:
et venenū aspidum insanabile. Nonne hec
condita sunt apud me: et signata in thesauris
meis. Mea est ultio et ego retribuam eis in tē
pore: ut labatur pes eor. Iuxta est dies p
ditionis: et ad esse festinant tpa. Iudicabit
dns populum suum: et in servis suis miserebitur.
Videbit q infirmata sit manus: et clausi quoq
defecerunt residuiq cōsumpti sunt. Et dicet
ubi sunt dii eor: in quib9 habebant fiduciam.
De quor victimis comedebant adipes: et

bibebant vinum libaminum. Surgant et opi
tulentur nobis: et in necessitate vos protegant.
Videte qd ego sim solus: et nō sit alius deus
pret me. Ego occidam et ego vivere faciam: per
cutiam et ego sanabo: et nō est qui de manu mea
possit eruere. Levabo ad celum manum meam:
et dicam vivo ego in eternum. Si acuero ut ful
gur gladium meū: et arripuerit iudicium manus
mea. Reddam ultionem hostib9 meis: et his q
oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas
sanguine: et gladius meus devorabit carnes. De
cruore occisorum: et de captivitate nudati inimi
corum capitis. Laudate gentes populum eius:
quia sanguinem servorum suor ulciscetur. Et vin
dictam retribuet in hostes eor: et propitius erit
terre populi sui.

Psalmus.

Magnificat anima mea dnm. Et exulta
vit spiritus meus in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit michi magna qui potens est: et san
ctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie
in progenies: timentibus eum. Fecit potētiam
in brachio suo: dispsit supbos mente cordis
sui. Deposuit potentes de sede: et exaltavit
humiles. Esurientes implevit bonis: et divi
tes dimisit inanes. Suscepit ysrael puerū

suum recordatus misericordie sue. Sicut locut⁹ est ad patres nostros. abraaꝫ: ⁊ semini eius in secula. Ps.
Benedictus deus ysrael: quia visitauit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est p os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patrib⁹ nostris: et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandū qđ iurauit ad abraaꝫ patrem nostrum: daturum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi. In sanctitate ⁊ iusticia coram ipso: omnib⁹ dieb⁹ nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: pibis enim ante faciem dni parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordie dei nostri: in quib⁹ visitauit nos oriens ex alto. Illuminare hijs qui in tenebris ⁊ i umbra mortis sedent: ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis.
Nunc dimittis seruum tuum dne: secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei: salutare tuum. Quod parasti: ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: ⁊ gloriam plebis tue ysrael.

Quicunqꝫ vult saluus esse: ante omnia op⁹ est ut teneat catholicam fidem. Quā nisi quisqꝫ integram inuiolatamqꝫ seruauerit: absqꝫ dubio in eternum pibit. Fides aūt catholica hec ē: ut unū deum in trinitate ⁊ trinitatem in unitate veneremur. Neqꝫ confundentes psonas: neqꝫ substanciam separantes. Alia est enim psona patris. alia filij: alia spiritus sancti. Sed patris ⁊ filij ⁊ spirit⁹ sctī una est diuinitas: equalis gloria coeterna maiestas. Qualis pater talis filius: talis spirit⁹ scūs. Increatus pater increatus filius: increatus spūs scūs. Immensus pater immensus filius: immens⁹ spiritus scūs. Eternus pater eternus filius: eternus spiritus sanctus. Et tamen non tres eterni. sed unus eternus. Sicut nō tres increati nec tres immensi: sꝫ unus increatus ⁊ unus immensus. Similit̄ omnipotēs pater. oīps filius: oīps spirit⁹ scūs. Et tamen nō tres omnipotētes: sed unus omnipotens. Ita deus pater deus fili⁹: deus spiritus scūs. Et tamen nōn tres dij: sꝫ unus est deus. Ita dnūs pater dnūs filius. dnūs spūs scūs. Et tamen nō tres dnī: sꝫ unus ē dnūs. Quia sicut singillatim unamquamqꝫ psonam deum aūt dnm confiteri xpiana veritate cōpellimur: ita tres deos aut dnōs dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus: nec creat⁹ nec genit⁹. Filius a patre solo ē: nō factus nec

creatus sed genitus. Spiritus scs a patre et
filio: nō factus nec creatus nec genitus. sed
procedens. Unus ergo pater nō tres patres: un'
filius nō tres filij: unus spirit' scs nō tres spirit'
sancti. Et in hac trinitate nichil prius aut po
sterius: nichil maius aut minus: sȝ tote tres
psone coeterne sibi sunt ꝛ coequales. Ita ut
per omnia sicut iam supradictū est: unitas in
trinitate ꝛ trinitas in unitate ueneranda sit.
Qui uult ergo saluus esse: ita de trinitate
sentiat. Sed necessariuȝ est ad eternaȝ sa
luteȝ: ut incarnationeȝ quoqȝ dni nri yhu xpi
fideliter credat. Est ergo fides recta ut cre
damus ꝛ cōfiteamur: qa dns nost' yhs xps
dei filius. deus ꝛ homo est. Deus est ex sub
stancia patris ante secula genitus: homo est
ex substātia matris in seculo natus. Perfect'
deus: pfectus homo ex anima rationali ꝛ hu
mana carne subsistēs. Equalis patri secun
duȝ diuinitateȝ: minor patre secūdȝ humani
tateȝ. Qui licet deus sit ꝛ homo. nō duo tamē
sed unus est xps. Unus aūt nō conuersione
diuinitatis in carne: sȝ assūptione humanitatis
in deo. Unus omnino: nō ꝯfusione substantie
sȝ unitate psone. Nam sicut anima rationa
lis ꝛ caro unus est homo: ita deus ꝛ homo un'
est xps. Qui passus est pro salute nostra de

scendit ad inferos: tercia die resurrexit amor
tuis. Ascendit ad celos: sedet ad dexteram
dei patris omnipotētis: inde uentur' ē iudica
re uiuos ꝛ mortuos. Ad cui' aduētuȝ omnes
homines resurgere habent cuȝ corporibus suis:
et reddituri sūt de factis propriis rationeȝ.
Et qui bona egerunt ibunt in uitaȝ eternaȝ:
qui uero mala in igneȝ eternuȝ. Hec ē fides
catholica: quam nisi quisqȝ fideliter firmiterqȝ
crediderit saluus esse nō poterit. Simboluȝ.

Credo in deum patrem omnipotentem
creatoreȝ celi ꝛ terre. Et in iesuȝ xpȝ
filiuȝ eius unicuȝ dnm nostrū. Qui concept'
est de spiritu sancto natus ex maria uirgine.
Passus sub poncio pilato. Crucifixus mor
tuus ꝛ sepultus. Descendit ad inferos: tercia
die resurrexit amortuis. Ascendit ad celos
sedet ad dexteraȝ dei patris omnipotentis. Inde
uenturus est iudicare uiuos ꝛ mortuos. Cre
do in spirituȝ sanctū. Sanctaȝ ecclesiaȝ catho
licaȝ. Sanctoruȝ communionē. Remissioneȝ
peccatoꝝ. Carnis resurrectioneȝ. Uitam
eternam. Amen

Letanie.

Kyrie eleyson.
Xpe eleyson.
Xpe audi nos.
Xpe exaudi nos.

Pater de celis deus
miserere nobis.
Filij redēptor mūdi
deus miserere nobis.

Spiritus sancte deus
misere nobis.
Sancta trinitas unus
deus miserere nobis.
Sancta maria ora pro nobis
Sca dei genitrix or
Sca virgo virginum or
Sce michael or
Sce gabriel or
Sce raphael or
Omnes sci angeli et archangeli orate pro nobis.
Omnes sci beatorum spirituum ordines or.
Sancte johannes baptista ora pro nobis.
Omnes sci patriarche et prophete. or.
Sancte petre or
Sce paule or
Sce andrea or
Sce iacobe or
Sce iohannes or
Sce thoma or
Sce iacobe or
Sce philippe or
Sce bartholomee or

Sce mathee or
Sce simon or
Sce thadee or
Sce mathia or
Sce marce or
Sce luca or
Sce barnaba or
Omnes sci discipuli domini. or.
Omnes sci innocentes. or.
Sce stephane or
Sce clemens or
Sce corneli or
Sce cipriane or
Sce laurenti or
Sce uincenti or
Sce dionisi cum sociis tuis. or.
Sce maurici cum sociis tuis. or.
Sce sebastiane or
Sce thoma or
Sce petre or
Omnes sci martires. or.
Sce silvester or
Sce gregori or
Sce hylari or

Sce martine or
Sce augustine or
Sce ambrosi or
Sce nicolae or
Sce dominice or
Sce francisce or
Sce ieronime or
Sce benedicte or
Sce antoni or
Omnes sci confessores orate pro nobis.
Sca maria magdalena ora pro nobis.
Sca felicitas or
Sca perpetua or
Sca agatha or
Sca lucia or
Sca agnes or
Sca cecilia or
Sca chatherina or
Omnes sce virgines orate pro nobis.
Omnes sci or.
Propitius esto parce nobis domine
Propitius esto exaudi nos domine.

A dampnatione perpetua libera nos domine.
Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis l.
Ab infestationibus demonum. l.
Ab omni immundicia mentis et corporis. l.
Ab ira odio et omni mala voluntate. l.
Ab immundis cogitationibus. l.
A cecitate cordis l.
A fulgure et tempestate l.
Ab omni malo l.
Per misterium sce incarnationis tue l.
Per passionem et crucem tuam l.
Per gloriosam resurrectionem tuam l.
Per admirabilem ascensionem tuam l.
Per gratiam spiritus sci paracliti. l.
In die iudicii l.
Peccatores te rogamus

audi nos.
Peccatores.
Ut pacem nobis dones
te rogamus audi nos.
Ut misericordia et pie
tas tua nos custodiat
te rogam(us) audi nos.
Ut ecclesiam tuam rege
ac defensare digneris
te rogam(us) audi nos.
Ut domnum apostolicum
omnes gradus eccle
sie in sancta religione
conservare digneris te r.
Ut episcopos et priores
nostros et cunctas con
gregationes illis com
missas in tuo sancto ser
vitio conservare digneris
te rogamus audi nos.
Ut regibus et principibus
nostris pacem et verá
concordiam atque victo
riam donare digneris
te rogamus audi nos.
Ut cunctum populum
christianum precioso san

guine tuo redemptum
conservare digneris te r.
Ut omnibus benefacto
ribus nostris sempit(er)
na bona retribuas. te r.
Ut animas nostras et
parentum nostrorum ab
eterna damnatione eripi
as te rogam(us) audi nos.
Ut fructus terre dare et
conservare digneris te r.
Ut oculos misericordie
tue super nos reducere di
gneris. te r.
Ut obsequium servitutis
nostre rationabile faci
as te rogam(us) audi nos.
Ut mentes nostras ad
celestia desideria erigas te r.
Ut miserias pauperum
et captivorum intueri et
relevare digneris te r.
Ut loca nostra et omnes
habitatores in eis visi
tare et consolari digne
ris te rogam(us) audi nos.
Ut regularibus discipli

nis nos instruere digne
ris. te rogamus audi nos.
Ut omnibus fidelibus
defunctis requiem eter
nam dones. te r.
Ut nos exaudire digne
ris te rogamus audi
nos.
Fili dei te r.
Fili dei te r.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi parce

nobis domine.
Agnus dei.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi exau
di nos domine.
Agnus dei.
Agnus dei qui tollis
peccata mundi misere
nobis.
Agnus dei.

Te deum laudamus. Te dominum
confitemur. Te eternum patrem omnis
terra veneratur. Tibi omnes angeli tibi

celi et uniuerse potestates. Tibi cherubin

et seraphin in cessabili uoce proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus. Dominus

deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra maie

statis glorie tu e. Te gloriosus apostolo

rum chorus. Te prophetarum laudabilis

numerus. Te martirum candidatus laudat

exer

exercitus. Te per orbem terrarum sancta

confitetur ecclesia. Patrem immense maie

statis. Venerandum tuum uerum et unicum

filium. Sanctum quoque paraclitum spiritum.

Tu rex glorie xpe. Tu patris sempiternus

es filius. Tu ad liberandum suscepturus

hominem non horruisti uirginis uterum. Tu

de uicto mortis aculeo aperuisti credentibus
regna celorum. Tu ad dexteram dei sedes in
gloria patris. Iudex crederis esse uenturus.
Te ergo quesumus tuis famulis subueni
quos precioso sanguine tuo redemisti. Eter
na fac cum sanctis tuis gloria numera ri.
Saluum fac populum tuum domine. et

benedic hereditati tu e. Et rege eos et
extolle illos usque in eternum. Per singulos
dies benedicimus te. Et laudamus nomen
tuum in seculum et in seculum seculi. Dignare
domine die isto. sine peccato nos custodire. Mi
serere nostri domine miserere nostri. Fiat
misericordia tua domine super nos quemadmo

dum speravimus in te. In te domine

speravi. Non confundar in eternum

In festo visitationis sancte marie ad vesperas.

Magne dies leticie nobis illuxit celitus

maria tronus glorie montes petit divinitus

Ancilla ferens dominum gerente vatem visitat.

notumque facit geminum. domum quo prius latitat.

Recipit nupta virginem et salutantem iudicat

sic homo deus hominem obstrusus clausum indi

cat. In rosa latet lilium et in antiqua flosculus

sed maiestatis solum sentit et clamat par

vulus. Astella sol tunc geritur et vatem ea

na baiulat. sed virtus solis cernitur. cum infans

laudes cumulat. Maria mater. Gloria tibi

domine qui lateas in virgine laudes patris ac

spiritus multiplicas divinitus. Amen.

Lingua pangat et cor tangat virginis

preconium que ascendit et ostendit paradisi

lilium dum salutat et immutat zacharie filium.

Lux superna et eterna in virginem veniens.

montes transit et pertransit intra eam adveniens.

ut mariam lucis matrem. pandat vates faciens.

Sic festinat et festivat domum quam ingreditur

nam serena deo plena lucem dat dum loquitur

fitque festum manifestum dum deus ostenditur.

Hinc exurgit et asurgit e iunguis infantulus

exultando adorando deum qui fit parvulus. ut

sanetur et salvetur electorum populus. Veterana

mente sana fit per vocem virginis mater vatis

atque gratis vas celestis luminis quo reple

ta prodit leta salvatorem hominis. O benigna

laude digna vere lucis gerula tu nos move

atque fove sisque nostri baiula. donec natum

tibi datum cernamus per secula. Laus gignen

ti et nascenti sit semper et gloria procedenti et foventi

sint equa preconia qui nos ducat et perducat

ad eterna gaudia. R. Amen. vii.

Hymnum festiue glorie dulci produc
tum cantico chorus depromat hodie no
ster flori davitico. Stirps yesse virgam
protulit et virga florem attulit cuius odore
intulit in vatem dum se obtulit. Helisabeth
hec percipit: dum hanc virgam virgineam se
salutantem recipit quam novit consanguineam
Tunc clamat tota stupida benedicta tu
virgula: que fructum genis florida benedic
tum per secula. Maria hec intelligens laudes
cantat magnificas: quas paucis verbis
colligens. vias pandit dominicas. Maria mat
Gloria tibi domine.

In transfiguratione domini ad vesperas ymnus.

Gaude mater pietatis in valle gemen

tium pro ducatu dignitatis xpi regis om
nium quo dilecta predotatus in culmine
montium. Ubi patres precellentes in morta
li corpore: admirantur assistentes de tam grandi
munere: divinum lumen cernentes increato
lumine. Quod vertices prophetarum precolunt
devotius moyses lumen preclarum legis date
celitus et helias iubar magnum zelo dei fervi
dus. Presentia deitatis declaratur provide
in audita voce patris de supremo germine. et spiritus
veritatis forma nubis lucide. Genitori geni
toque laus et iubilatio salus honor virtus quoque
sit et benedictio procedenti ab utroque compar sit
laudatio. Amen.

ymnus


Exultet laudibus sacta concio celi agmini
bus iuncta tripudio pro verbi gloria qua
splendent omnia terra polus et hetera. Promis
sum panditur fratrum de medio. patris cum labitur
vox de fastigio. dicens hunc filium doctorem celicum
auditu quam dignissimum. Succedit in sponsa
pro fratris semine. auro repulsa viribus caterve

mandante dño moysi in mõte calciamẽtum
soluere. Speciosus forma prenatis alijs ue
stitus glia fit sponsus sanguinis: ores mirabil'
gubernat omnia celsis paup et humilis. Te
trina deitas unaq3 poscimus q sic nos uisitas sic
et te colimus p tuas semitas duc nos quo
tendimus ad lucem quaz inhabitas. Amen.

Nouum sidus exoritur. Ad laudes ymn'.

Xpi pia clemẽtia quo tenebrosa pimitur
inimici semita. In surgere cũ mititur mali
gnitatis spũ. ex aduerso resistit prepotẽti ex
citu. Roborantur in acie intuentes signacu
lum: desiderantes militie. ut assequãtur brau
ium. Pro quo secũctis obicit beatuz in miste
rio xps et tandem pficit regans in celi solio.
Gloria tibi dñe potestas et imperiuz q certãtib
agie. apte monstras premiuz. Amen.

In aduentu domini. Ad uesperas ymnus.



preces supplicum. Qui condolens interitu
mortis perire seculuz saluasti munduz languidũ
donans reis remediuz. Vergente mũdi uespe
uti sponsus de thalamo egressus honestissima
uirginis matris clausula. Cuius forti poten
tie genu curuantur omnia celestia terrestria
nutu fatent' subdita. Te deprecamur agie uen
ture iudex seculi. conserua nos in tpe hostis a
telo pfidi. Laus honor uirtus gloria deo pat'
et filio sco simul paraclito in sempiterna secla. Amen.

Quãdo ymn' terminat' in re
cantetur Amen sic. Amen.
Quãdo ymnus terminat' in
mi cantetur amen sic. Amen.
Quãdo ymnus terminat' in
sol' ut. cãtet' amẽ sic. Amen.

Verbum supernum prodiens a patre oliz
exiens qui natus orbi subuenis cursu de
cliui temporis. Illumina nunc pectora tuoqz
amore concrema audito
ut preconio sint pulsa
tandez lubrica. Iudexqz
cũ post aderis rimari facta pectoris redens
uicez pro abditis iustis qz regnuz pro bonis
Non demuz arcemur malis pro qualitate
criminis sed cũ beatis cõsortes simus per
hennes celibes. Laus honor. In laudibꝫ. ẏmꝰ
Vox clara ecce intonat obscura queqz
increpat pellantur eminus. somnia ab
ethere xp̄s pmicat. Mens iam resurgat
torpida que sorte extat saucia sydus reful
iam nouuz ut tollat omne noxiuz. En sur
sum agnus mittitur laxare gratis debituz
omnes pro indulgẽtia uocez demus cuz la
crimis. Secundo ut cuz fulserit mundumqz
orror cinxerit nõ pro reatu puniat sz pius
nos tunc protegat. Laus honor uirtus ꝛc.

In natiuitate domini. Ad uesperas ymnus.
Veni redemptor gentiuz ostende par
tum uirginis miretur omne seculuz talis
decet partus deum. Non ex uirili
semine sz mistico spiramine uerbuz dei fac
tuz caro fructusqz uentris floruit. Aluus
tumescit uirginis claustra pudoris perma
nent uexilla uirtutuz micant uersatur in
templo deus. Procedens de thalamo suo
pudoris aula regia gemine gigas substãcie
alacris ut currat uiaz. Egressus eius apatre
regressus eius ad patrem excursus usqz ad
inferos recursus ad sedez dei. Equalis eterno
patri carnis tropheo accingere infirma nr̄i
corporis uirtute firmans perpetis. Presepe
iam fulget tuuz lumenqz nox spirat nouuz
qd nulla nox interpolet fideqz iugi luceat.
Gloria tibi dñe qui natus es de uirgine cuz

patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.
Iste uersus. Gloria tibi domine. dicatur ad omnes
ymnos. cuiusdem metri usque primas uesperas
epiphanie exclusiue. Ad matutinum ymnus.

Xpe redemptor omnium ex patre patris
unice solus ante principium natus in
effabiliter. Tu lumen tu splendor
patris tu spes perhennis omnium intende
quas fundunt preces tui per orbem famuli. Me
mento salutis auctor quod nostri quondam cor
poris ex illibata uirgine nascendo formam sum
pseris. Hic presens testatur dies currens per
anni circulum quod solus a sede patris mundi sa
lus adueneris. Hunc celum hunc terra hunc
mare hunc omne quod in eis est auctorem aduen
tus laudat exultans cantico. Nos quoque qui
sancto tuo redempti sumus sanguine ob diem
natalis tui ymnum nouum concinimus. Glo

tibi domine qui natus es de uirgine. In laudibus. ymnus.

A solis ortu cardine adusque terre limi
tem xpm canamus principem natum maria
uirgine. Beatus actor seculi seruile corpus
induit ut carne carnem liberans ne perderet quos
condidit. Caste parentis uiscera celestis intrat
gratia. uenter puelle baiulat secreta que non
nouerat. Domus pudici pectoris templum re
pente fit dei intacta nesciens uirum uerbo concepit
filium. Enixa est puerpera quem gabriel pre
dixerat. quem matris aluo gestiens clausus
iohannes senserat. Feno iacere pertulit pre
sepe non abhorruit paruoque lacte pastus est per
quem nec ales esurit. Gaudet chorus celestium
et angeli canit deo. palam que fit pastoribus
pastor creator omnium. Gloria tibi domine qui natus
es de uirgine cum patre et sancto spiritu in sempi
terna secula. Amen. In epiphania domini.

Ad uesperas et ad matutinum . ymnus.

Hostis herodes impie xpm uenire quid times non eripit mortalia qui regna dat celestia.

Ibant magi quam uiderant stellā sequentes preuiam lumen requirunt lumine deuz fatentur munere. Lauacra puri gurgitis celestis agnus attigit peccata que nō detulit nos abluendo substulit. Nouuz genus potentie aque rubescunt ydrie. uinūq3 iussa fundere mutauit unda originez. Gloria tibi dne qui apparuisti hodie cū patre et scto spiritu in sempiterna secula. Amen. Iste uersus. Glia tibi dne q apparuisti hodie. dicatur p totas octauas et in octaua die. In laudibus ymnus.

A patre unigenitus ad nos uenit p uirginez baptisma cruce consecrans cunctos fideles generans. De celo celsus prodijt excepit formaz hominis facturaz morte redimēs gaudia uite largiens. Hoc te redemptor qs. illibat propicius. claruz q3 nostris sensib9 lumen prebe fidelibus. Mane nobiscum dne noctem obscuraz remoue omne delictū ablue piam medelam tribue. Quem iam uenisse nouim9 redire item credimus. sub sceptro tuo inclito tuuz defende populum. Gloria tibi dne qui apparuisti. Dominica pma post octauā ephie. Ad uespas ymnus.

O lux beata trinitas et principalis unitas iam sol recedit igneus infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine te deprecemur uespere te nr̄a supplex gloria peremta laudet secula. Deo patri sit gloria eiusq3 soli filio cū spū paraclito et nūc et in ppetuuz. Amen.

Ad completorium. ymnus.

Te lucis ante terminum rerum ~~ere~~ creator poscimus ut solita clementia sis presul ac custodia. Procul recedant somnia et noctium fantasmata hostem que nostrum comprime ne polluantur corpora. Presta pater omnipotens per yhesum xpistum dominum qui tecum in perpetuum regnat cum sancto spiritu. Amen.

Ad matutinum ymnus.

Nocte surgentes vigilemus omnes semper in psalmis meditemur atque viribus totis domino canamus dulciter ymnos. Ut pio regi pariter canentes cum suis sanctis mereamur aulam ingredi celi simul et beatam ducere vitam. Prestet hoc nobis deitas beata patris ac nati pariterque sancti spiritus cuius reboat in omni gloria mundo. Amen.

In laudibus ymnus.

Ecce iam noctis tenuatur umbra lucis aurora rutilans coruscat nisibus totis rogitemus omnes cunctipotentem. Ut deus noster miseratus omnem pellat langorem tribuat salutem donet et nobis pietate patris regna polorum. Prestet hoc nobis.

Ad primam ymnus.

Iam lucis orto sidere deum precemur supplices ut in diurnis actibus nos servet a nocentibus. Linguam refrenans temperet ne litis horror insonet visum fovendo contegat ne vanitates hauriat. Sit pura cordis intima absistat et vecordia carnis terat superbiam potus cibique parcitas. Ut cum dies abscesserit noctemque sors reduxerit mundi per abstinentiam ipsi canamus gloriam. Deo patri sit gloria eiusque soli filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen.

Ad terciam. ymnus.

Nunc sancte nobis spiritus unum patri

cum filio dignare promptus ingeri nostro

refusus pectori. Os lingua mens sensus
uigor confessionem psonent. flamescat igne
caritas accendat ardor proximos. Presta pat
pijssime patri q3 cōpar unice. cu3 spiritu para
clito regnās p omne seculu3. Amen. Ad vj. y.

Rector potens uerax deus qui tempe

ras rerum uices splendore mane instru

is et ignibus meridiem. Extingue

flāmas litiu3 aufer calorem noxiu3 confer
salutem corporu3 ueramq3 pace3 cordiu3. Pre
sta pater. Ad nonam. ymnus.

Rerum deus tenax uigor immotus in te p
manens lucis diurne tēpora successib3
determināns. Largire clar3 uespe quo uita
nusq3 decidat. sed premiu3 mortis sacre pl3em
nis instet gloria. Presta pater pijssime.
Ad uesperas. ymnus.

Lucis creator optime luce3 dierum

proferens primordijs lucis noue mundi

parans originem. Qui mane iunctum
uespri diem uocari precipis. tetru3 chaos il
labitur audi preces cū fletib3. Ne mens
grauata crimine uite sit exul munere. du3
nil p3ene cogitat se se que culpis illigat.
Celorum pulset intimu3 uitale tollat pre
miu3. uitemus omne noxiu3. purgemus

omne pessimum. Presta pater pyssime.

Ad matutinum et ad laudes. cantus ferialis.

Nocte surgentes uigilemus omnes
semper in psalmis meditemur atque uiribus
totis dno canamus dulciter ymnos.

Cantus ferialis ad horas.

Iam lucis orto sidere deum precemur
supplices ut in diurnis actibus nos seruet
a nocentibus.

Cantus ferialis ad uesperas. et ad Completorium.

Lucis

Lucis creator optime lucem dierum
proferens primordiis lucis noue mundi
parans originem.

Dominica prima in xl. Ad uesperum ymnus.

Audi benigne conditor nostras preces
cum fletibus in hoc sacro ieiunio fusas
quadragenario.

Scrutator alme cordium infirma tu scis uirium ad te reuersis exhibe remissionis gratiam. Multum quidem peccauimus sed parce confitentibus. ad laudem tui nominis confer medelam languidis. Sic corpus extra conteri dona

per abstinenciam. ieiunet ut mens sobria
a labe prorsus criminum. Presta beata trini
tas concede simplex unitas ut fructuosa sint tuis
ieiuniorum munera. Amen. Ad completorium.

Xpe qui lux es et dies noctis tene

bras detegis lucisque lumen crederis

lumen beatum predicans. Precamur
sancte domine defende nos in hac nocte sit nobis
in te requies quietam noctem tribue. Ne
gravis somnus irruat nec hostis nos sub
ripiat nec caro illi consentiens nos tibi
reos statuat. Oculi somnum capiant cor ad te
semper vigilet dextera tua protegat famulos
qui te diligunt. Defensor noster aspice
insidiantes reprime guberna tuos famulos
quos sanguine mercatus es. Memento
nostri domine in gravi isto corpore. qui es de
fensor anime adesto nobis domine. Presta

patri omnipotens per ihesum christum dominum qui
tecum imperpetuum regnat cum sancto spiritu. Amen.
Ad matutinum. ymnus.

Summi largitor premii spes qui es

unica mundi preces intende servorum

ad te devote clamantium. Nostra te
conscientia ~~grave~~ grave offendisse monstrat
quam emundes supplicamus ab omnibus
piaculis. Si renuis quis tribuet indulge
quia potens es. Te corde rogare mundo fac nos
precamur domine. Ergo nunc accepta nostrum
qui sacrasti ieiunium quo mistice pascalia ca
piamus sacramenta. Summa nobis hec con
ferat in deitate trinitas in qua gloriatur unus
per cuncta secula deus. Amen.

In laudibus. ymnus.

Iam xpe sol iusticie mentis deiscant
tenebre uirtutuz ut lux redeat terris diez
cum reparas. Da tempus acceptabile
et penitens cor tribue conuertat
ut benignitas quos longa
suffert pietas. Quiddaz q[z]
penitentie da ferre q[uo]d uis grandium maiori
tuo munere. quo demptio sit criminuz. Dies
uenit dies tua in qua reflorent omnia le
temur in hac ut tue per hanc reducti gratie.
Te rerum uniuersitas clemens adoret trini
tas. et nos noui per ueniaz nouuz canamus ca
ticuz. Amen. Dnica de passione. Ad uespas. ymn'.

Uexilla regis prodeunt fulget crucis
misteriuz quo carne carnis conditor

suspensus est patibulo. Quo uulnerati
insuper mucrone dire lancee ut nos lauaret
crimine manauit unda sanguine. Imple
ta sunt que concinit dauid fidelis carmine di
cendo nationib[us] regnauit a ligno deus. Ar
bor decora fulgida ornata regis purpura elec
ta digno stipite tam sancta membra tangere. Bea
ta cuius brachijs secli pependit preciuz statera
facta corporis predamq[z] tulit tartari. O crux
aue spes unica hoc passionis tempore auge pijs
iusticiaz reisq[z] dona ueniaz. Te summa deus
trinitas collaudet omnis spiritus. quos per cru
cis misteriuz saluas rege per secula. Amen
Ad matutinum. ymnus.

Pange lingua gloriosi prelium cer
taminis et super crucis tropheum dic



triumphum nobilem qualiter redemptor




orbis immolatus uicerit. De paren
tis protoplausti fraude facta condolens
quando pomi noxialis morte morsu cor
ruit ipse lignum tunc notauit damna ligni
ut solueret. Hoc opus nostre salutis ordo
depoposcerat multiformis proditoris ars ut
artem falleret, et medelam ferret inde hostis
unde leserat. Quando uenit ergo sacri ple
nitudo temporis missus est ab arce patris natus
orbis conditor atque uentre uirginali caro
factus prodijt. Vagit infans inter arta co
ditus presepia membra pannis inuoluta uirgo
mater alligat. manus pedes atque crura stric
ta cingit fascia. Gloria et honor deo usquequo
altissimo una patri filioque inclito paraclito.
cui laus est et potestas per eterna secula amen.


In laudibus. ymnus.



Lustra sex qui iam per acta tempus



implens corporis se uolente natus ad hoc



passioni deditus agnus in cruce leuatur



immolandus stipite. Hic acetum fel
arundo sputa claui lancea mite corpus per
foratur sanguis unda profluit terra pontus
astra mundus quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes arbor una no
bilis nulla silua talem profert fronde flo
re germine dulce lignum dulces clauos
dulce pondus sustinens. Flecte ramos ar
bor alta tensa laxa uiscera et rigor lentescat
ille quem dedit natiuitas ut superni membra
regis miti tendas stipite. Sola digna tu fui
sti ferre seculi precium atque portum preparare
nauta mundo naufrago. quem sacer cruor
perunxit fusus agni corpore. Gloria et honor.

Dominica in octaua pasce. Ad uesperas. ymnus.

Ad cenam agni prouidi et stollis albis
candidi post transitum maris rubri cristo
canamus principi. Cuius corpus san
ctissimuz in ara crucis toriduz. cruore eius
roseo gustando uiuimus deo. Protecti pasce
uespere adeuastante angelo erepti de durissiō
pharaonis imperio. Iam pasca nostruz xp̄s
est qui imolatus agnus ē sinceritatis azima
caro eius oblata est. O uere digna hostia
p quaz fracta sunt tartara redēpta plebs cap
tiuata reddita uite premia. Consurgit xp̄s
tumulo uictor redit de baratro tyrannuz
trudēs uinculo et reserans paradisum. Que
sumus actor omniuz in hoc pascali gaudio ab
omni mortis impetu tuuz defende populum
Gloria tibi dn̄e qui surrexisti amortuis cū
pre ⁊ scō spiritu in sepiterna secula. Amen.
Isti duo uersus. silicet. Q's actor. ⁊ Glia t dn̄e.

dicantur in fine omniuz ymnoruz eiusdez
metri usqz ad primas uesperas ascensiōis
nisi in ymnis. Quez tra. et. O gloriosa. qui
annunitiatio post pasca celebratur. et nisi
in festo corone dn̄i qui dicantur in suis lo
cis secunduz q signatuz est. Ad ꝯpletoriū. y.
Iesu nostra redemptio amor et desiderium
deus creator omniuz homo in fine temporum. Que te uicit clementia ut
feres nr̄a crimina crudelem
mortez paciens ut nos amorte
tolleres. Inferni claustra pene
trans tuos captiuos redimēs uictor triūpho
nobili ad dexteraz patris resitens. Ipsa te
cogat pietas ut mala nr̄a supes parcendo et
uoti cōpotes nos tuo uultu facies. Gloria
tibi dn̄e qui surrexisti. Ad matutinuz. ymnus.
Aurora lucis rutilat celum laudibus

intonat mundus exultans iubilat ge
mens infernus ululat. Quum rex ille
fortissimus mortis confractis uiribus pede
conculcans tartara soluit a pena miseros. Il
le qui clausus lapide custoditur sub milite
triumphans pompa nobili uictor surgit de
funere. Solutis iam gemitibus et inferni dolo
ribus quia surrexit dominus resplendens clamat
angelus. Tristes erant apostoli de nece sui
domini quem pena mortis crudeli serui damnarunt
impij. Quesumus actor. Gloria tibi domine
qui surrexisti a mortuis. In laudibus ymnus.


Sermone blando angelus predixit
mulieribus in galilea dominus uidendus est
quam totius. Ille dum pergunt concite apo
stolis hec dicere uidentes eum uiuere osculant
pedes domini. Quo agnito discipuli in galilea
propere pergunt uidere faciem desideratam

domini. Claro pascali gaudio sol mundo nitet ra
dio cum christum iam apostoli uisu cernunt corpo
reo. Ostensa sibi uulnera in christi carne fulgida
resurrexisse dominum uoce fatentur publica. Rex
christe clementissime tu corda nostra posside ut tibi
laudes debitas reddamus omni tempore. Quesumus
actor. Gloria tibi domine. Cantus ferialis.

Iam lucis orto sidere deum precemur
supplices ut in diurnis actibus nos seruet
a nocentibus.

In festo ascensionis ad uesperas et ad matu
tinum. ymnus.

Eterne rex altissime redemptor
et fidelium quo mors soluta deperit datur



triumphus gra cie. Scandens tribunal
dextere patris potestas omnium collata ysu ce
litus que nō erat humanitus. Ut trina rerum
machina celestium terrestrium et infernorum con
dita flectant genu iam subdita. Tremunt
uidentes angeli uersa uice mortalium. culpat
caro purgat caro regnat deus dei caro. Tu
esto nostrum gaudium qui es futurus premium.
sit nostra in te gloria per cuncta semper secula.
Gloria tibi domine qui scandis super sidera cum
patre et sancto spiritu in sempiterna secula. amen.
Isti duo uersus silicet. Tu esto. et. Gloria tibi
domine qui scandis. dicantur in fine omnium ym
norum eiusdem metri usque ad primas uesperas
pentecostem. nisi in ymnis corone que dicantur
sicut in suo loco signatum est. In laudibus. ymnus.




Tu xpe nostrum gaudium manens


olimpo preditum mundi regis qui r



fabricam mundana uincens gaudia. Hinc
te precantes quesumus ignosce culpis omnibus.
et corda sursum subleua ad te superna gratia
Ut cum rubente ceperis clarere nube iudicis
penas repellas debitas reddas coronas perditas.
Tu esto nostrum. Gloria tibi domine qui scandis.
In pentecostes. ad uesperas. ymnus.



Beata nobis gaudia anni reduxit orbita



cum spiritus paraclitus effulsit in discipulos.
Ignis uibrante lumine lingue figuram detu
lit uerbis ut essent proflui et caritate feruidi.
Linguis loquuntur omnium turbe pauent gen
tilium. musto madere deputant quos spiritus
repleuerat. Patrata sunt hec mistice pasce per
acto tempore sacro dierum numero quo lege fit remis
sio. Te nunc deus piissime uultu precamur cer
nuo illapsa nobis celitus largire dona spiritus.
Dudum sacrata pectora tu replesti gratia. di

mitte nunc peccamina et da quieta tempora
Sit laus patri cum filio sancto simul paraclito. no
bisque mittat filius karisma sancti spiritus. Amen
Isti duo versus silicet. Dudum sacrata. et.
Sit laus. dicantur in fine ymnorum per totam
ebdomadam nisi in ymno. Veni creator.
in quo tantum dicitur. Sit laus. Ad
matutinum. ymnus.

Iam xps astra ascenderat regressus
unde venerat. promisso patris mu
nere sanctum daturus spiritum. Sollempnis
urgebat dies quo mistico septemplici orbis
volubtus septies signat beata tempora. Dum
hora cunctis tercia repente mundus intonat
orantibus apostolis deum venisse nunciat. De
patris ergo lumine decorus ignis missus est.
qui fida xpi pectora calore verbi compleuit.
Dudum sacrata. Sit laus. In laudibus ymnus.

Impleta gaudent viscera afflata
sancto spiritu voces diversas intonant
fantur dei magnalia. Ex omni gente co

gniti grecis latinis barbaris cunctisque admiran
tibus linguis loquuntur omnium. Iudea tunc incre
dula vesana torvo spiritu ructare musti crapulam
alumnos xpi increpat. Sed signis et virtutibus occur
rit et docet petrus falsa profari perfidos iohelis
testimonio. Dudum. et. Sit laus.
Per totam ebdomadam. Ad terciam. ymnus.

Veni creator spiritus mentes tuorum

visita imple superna gratia que tu creasti
pectora.

Qui paraclitus diceris donum dei
altissimi fons vivus ignis caritas
et spiritalis unctio. Tu septiformis
munere dextre dei tu digitus tu
rite promissio patris sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus infunde amorem cor
dibus. infirma nostri corporis virtute firmans perpe
ti. Hostem repellas longius pacemque dones
protinus ductore sic te previo vitemus omne
noxium. Per te sciamus da patrem noscamus
atque filium. te utriusque spiritum credamus omni
tempore. Sit laus. In festo trinitatis ad

uesperas. et ad matutinum. ymnus.

Adesto sancta trinitas par splendor

una deitas que extas rerum omnium

sine fine principium. Te celorum militia laudat adorat predicat triplexque mundi machina benedicit per secula. Assumus et nos cernui te adorantes famuli uota preces que supplicum ymnis iunge celestium. Unum te lumen credimus quod et ter idem colimus. alpha et o quem dicimus te laudat omnis spiritus. Laus patri sit ingenito laus eius unigenito laus sit sancto spiritui trino deo et simplici. Amen.

In laudibus. ymnus.

O Trinitas laudabilis et unitas mira-

bilis in simplici substacia uirtus manens

in termina. Tu caritas tu puritas tu pax et inmortalitas patris nati paracliti decore polens perpeti. Altes corona supplicum in te pie fitentium exterge sordes mentium sorti misertus pauperum. Laus patri sit.

In festo corporis cristi. ymnus.

Pange lingua gloriosi corporis miste-

rium sanguinisque preciosi quem in mundi

precium fructus uentris generosi rex ef-

fudit gentium. Nobis datus nobis

natus ex intacta uirgine et in mundo con
uersatus sparso uerbi semine. sui moras
incolatus miro clausit ordine. **I**n su
preme nocte cene recumbens cum fratribus
obseruata lege plene cibis in legalibus ci
bum turbe duodene se dat suis manibus.
Uerbum caro panem uerum uerbo car
nem efficit fitque sanguis xpi merum et si sen
sus deficit ad firmandum cor sincerum sola fi
des sufficit. **T**antum ergo sacramentum uene
remur cernui et antiquum documentum no
uo cedat ritui. prestet fides supplementum
sensuum defectui. **G**enitori genitoque laus
et iubilatio. salus honor uirtus quoque sit
et benedictio. procedenti ab utroque compar
sit laudatio. Amen.

Sacris sollemniis iuncta sint gau
dia et ex precordiis sonent preconia
recedant uetera noua sint omnia

corda uoces et opera. **N**octis recolitur
cena nouissima qua xps creditur agnum
et azima dedisse fratribus iuxta legip
tima priscis indulta patribus. **P**ost agnum
typicum expletis epulis corpus dominicum datum
discipulis sic totum omnibus quod totum singu
lis eius fatemur manibus. **D**edit fragilibus
corporis ferculum dedit et tristibus sanguinis
poculum dicens accipite quod trado uasculum omnes
ex eo bibite. **S**ic sacrificium istud instituit
cuius officium committi uoluit solis presbiteris
quibus sic congruit ut sumant et dent ceteris.
Panis angelicus fit panis hominum dat
panis celicus figuris terminum o res mira
bilis manducat dominum pauper seruus et humilis.
Te trina deitas unaque poscimus sic nos tu
uisitas sicut te colimus per tuas semitas duc
nos quo tendimus ad lucem quam inhabi
tas. Amen. **In laudibus. ymnus.**

Uerbum supernum prodiens nec pa

tris liquens dexteram ad opus suum

exiens uenit ad uite uesperam. In
morte a discipulo suis tradendus emulis pri(us)
in uite ferculo se tradidit discipulis. Quib(us)
sub bina specie carnez dedit ⁊ sanguinez: ut
duplicis substancie totuz cibaret hominem.
Se nascens dedit sociuz conuescens in edulium
se moriens in preciuz se regnans dat in premium.
O salutaris hostia que celi pandis hostium.
bella premunt hostilia da robur fer auxilium.
Uni trinoqz dño sit sempiterna gloria qui
uitaz sine termino nobis donet in patria. Am.

In festo dedicationis ecclesie ⁊ in anniuer
sario eiusdem. Ad uesperas. et ad Matuti
num. Hymnus.

Urbs beata yerusalem dicta pacis

uisio.

uisio que construitur in ce lis uiuis ex

lapidibus ⁊ angelis coronata ut sponsata

comite. Noua ueniens e celo nuptia
li thalamo. preparata ut spon
sata copulata dño platee ⁊ mu
ri eius ex auro purissimo. Por
te nitent margaritis aditis patentib(us) ⁊ uirtu
te meritorum illuc introducitur omnis qui pro xpi
nomine hic in mundo premitur. Tunsionib(us)
pressuris expoliti lapides suis coaptantur
locis per manus artificis disponuntur permansuri
sacris edificijs. Gloria ⁊ honor deo usqz quo
altissimo una patri filioqz inclito paraclito. cui
laus est ⁊ potestas per eterna secula. Amen.

In laudibus. ymnus.

Angulare fundamentum lapis xps missus

135

est qui compage parie tum in utroqz

nectitur. quem syon sancta suscepit in quo credens permanet.

Omnis illa deo grata et dilecta civitas plena modulis in laude et canore iubilo trinum deum unicuiqz cum favore predicat. Hec item plo summe deus exoratus adveni et clementi bonitate precum vota suscipe. largam benedictionem hic infunde iugiter. Hic promereantur accipere et accepta possidere cum sanctis perhenniter paradisum introire translati in requiem. Amen

In festo sanctorum innocentium. Ad matutinum et ad vesperas. ymnus.

Que nos que poterit. Te summa deitas.

In laudibus

Aeterna matrum personat collisa de

flens pignora quorum tiranus milia

xpo sacravit victima. Gloria tibi dne qui natus es de virgine.

In conversione sci pauli. Ad vesperas. et ad matutinum ymnus.

Doctor egregie paule mores instrue

et mente polum nos transferre satage

donec perfec tum largiatur plenius

eva cuato qd ex parte gerimus.

Sit trinitati sempiterna gloria honor potestas
atque iubilatio in unitate cui manet imperium
ex tunc et modo per eterna secula. Amen.

In laudibus. ymnus.

Eterna xpi munera apostolorum.

In festo purificationis. Ad uesperas. ymnus.

Ave maris stella dei mater alma
atque semper uirgo felix celi porta.
Sumens illud aue gabrielis ore funda nos
in pace mutans nomen eue. Solue uincla
reis profer lumen cecis mala nostra pelle
bona cuncta posce. Monstra te esse matrem
sumat per te preces qui pro nobis natus tulit
esse tuus. Virgo singularis inter omnes
mitis nos culpis solutos solutos mites fac
et castos. Vitam presta puram iter para
tutum ut uidentes yhesum semper colletemur
Sit laus deo patri summo xpo decus spiritui

sancto tribus honor unus. Amen. Ad mat. ym.

Quem terra pontus ethera colunt
adorant predicant trinam regentem
machinam claustrum marie baiulat.
Cui luna sol et omnia deseruiunt per tempora per
fusa celi gratia gestant puelle uiscera. Beata ma
ter munere cuius supernus artifex mundum
pugillo continens uentris sub archa clausus est.
Beata celi nuntio fecunda sancto spiritu desideratus
gentibus cuius per aluum fusus est. Gloria tibi
domine qui natus es de uirgine cum patre et sancto
spiritu in sempiterna secula. Amen. Precedens
uersus. Gloria tibi domine qui natus es. dicatur
ad omnes ymnos eiusdem metri quando agitur de
beata uirgine. In laudibus ymnus.

O gloriosa domina excelsa super sydera

qui te crea uit prouide lactasti sacro ubere.
Quod eua tristis abstulit tu reddis almo germine intrent ut astra flebiles celi fenestra facta. Tu regis alti ianua et porta lucis fulgida uitaz dataz p uirginez gentes redēpte plaudite. Gloria tibi dñe qui natus.

In cathedra sci petri. ad uespas. et ad mat. ymn.

Iam bone pastor petre clemens accipe uota precantiuz et peccati uincula. resolue ti bi potestate tradita qua cunctis celum uerb claudis aperis. Sit trinitati sempiterna gloria honor potestas atqz iubilatio in unitate cui manet imperium ex tunc et modo per eterna secula. Amen. In laudib. ŷ.

Ihesu redemptor omnium.

In festo bti thome de aquino. Ad uespas. ŷ.

Exultet mentis iubilo laudans turba fidelium errorū pulso nubilo per noui solis radium. Thomas in mundi uespe fugit thesauros gratie donis plenus ex ethere moruz et sapientie. O e cui fonte luminis uerbi coruscāt siicule scripture sacri numinis et ueritatis regule. Fulgens doctrine radijs clarus uite munditia splendens mirs prodigijs dat toti mūdo gaudia. Laus patri sit ac genito similqz sco flamini qui sancti thome merito nos in celi iungat agmini. Amen.

Ad matutinum. ymnus.

Thomas insignis genere claram du
cens originem subit etatis tenere predica
torum ordinem.

Tipum gessit luciferi splendens in cetu nubium plusque doctores ceti purgans dogma gentilium. Profunda scrutans fluminum in lucem pandit abdita dum supra sensus hominum obscura facit cognita. Fit paradisi fluuius quadripartite puius fit gedeonis gladius tuba lagene radiis. Laus patri sic ac genito.

Lauda mater ecclesia thome felicem
exitum qui peruenit ad gaudia per uerbi uite

meritum.

Nossa noua tunc suscipit thecam thesauri gratie. cum xpistus thomam efficit heredem regni glorie. Manens doctrine ueritas et funeris integritas mira fragans suauitas egris collata sanitas. Monstrant hec dignum laudibus terre ponto et superis nos iuuet suis precibus. deo commendet meritis. Laus patri sic ac genito. simulque sancto flamini qui sancti thome merito. nos celi iungat agmini. Amen.

In translatione sancti thome de aquino in utrisque uespis. ymnus.

Superna mater inclita nouis exul
ta gaudijs. que ti bi plebs hec subdi
ta letis offert precordijs.

Clausum thesaurum gratie urbanus presul reperit quem iam in orbis facie cunctis patentem aperuit. Thesaurum hunc quem edidit

idem

orto clarus dominica urbanus recidit helie
noto supplici. Solendum in occiduis tran
smitens mundi partibus. ubi signis assiduis
succurrit inuocantibus. Sol solem celi sequt
dum thomas ab ytalia. tibi tholosa uehitur.
quo decoratur gallia. Eterno regi gloriam
letis canamus uocibus. Qui nobis prestet
ueniam. beati thome precibus. Amen.

Iubar celorum prodiens perlustrat emisf
perium. per solis iter gradiens sydus petit
esperium. Quam oriente oritur decus et
lux campanie et in tholosa con
ditur. lustrans horam yspanie.
Unde pater dominicus sum
psit uite preconium. illic thomas angelicus
suum legit hospicium. Altam profundens gra
tiam diuina uirtus corpori salutis efficatiam
dat omnis morbi generi. Nam claudos reo
dit gressui. leprosos quoque mundicie uite reddu
tur mortui mesti quoque letitie. Eterno re

gi gloriam letis canamus uocibus. In laudibus. ym.

Aurora pulcra rutilans. splendore de
fert roseum. nosterque chorus iubilans
doctorem canit laureum. Dum claram
lucem aperuit celeste sidus oculis thome figu
ram ingerit. dati pro luce seculis. Iam ac
cidente radiis implere celum incipit dum
orbis. dum orbis uectum stadiis thomam tho
losa recepit. Ad huius lucis radium lustra
da mittit dubia. ad sancti thome studium ortans
mater ecclesia. Ueram prothestans solidam
doctrinam eius inclitam. securam firmam luci
dam diuinis uerbis insitam. Eterno regi
gloriam. In annuntiatione dominica ym
ni qui in purificatione.

In sancti petri martiris. Ad uesperas ymnus.

Magne dies leticie nobis illuxit celi tus petrus ad thronum glorie martir peruenit inclitus. Puer in fide claruit carens parentum nebula. deo fuiue studuit sub paupertatis regula. Carnem afflixit iugiter in labore multiplici. uiam sequens humiliter patris sui domini. Vita mors signa uaria celum frequenti lumine dant petro testimonia de sanctitatis culmine. Quesumus actor omnium in hoc paschali gaudio a pestibus suffragium crescat nostra deuocio. Gloria tibi domine qui surrexisti a mortuis et fortes in certamine serttis ornas perpetuis. Amen. Ad matutinum. ymnus.

Adest triumphus nobilis festumque

ce- li cui e quo rosa delectabi lis offertur regi glori e. Petrus flos pulcritudinis et uirtutum sacrarium nullum lectalis criminis sensit umquam contagium. Robotare diu mitur fidem uerbi preconio pro fide tandem ceditur hereticorum gladio. Cum sic in petra fidei petri tenet uestigia ad petram christum pro nehi meruit cum uictoria. Quesumus actor omnium. Gloria tibi domine qui surrexisti a mortuis et fortes in certamine sertis ornas perpetuis Amen. In laudibus. ymnus.

Exultet claro sidere fulgens mater eccle si a petrus martir in ethere noua profundit

Pauper pudicus humilis xpo se totuz dedicat. in lege dei doci lis uerbis exemplis predicat.

gaudia. Triumphans p martiriuz xpi for tis in atie conseruans semp liliuz uirginalis mundicie. Lux celi uite meritu cuz signo rum frequetia petri comendat exitum et pre dicant preconia. Quesum actor. Glia tibi.

In utroqz festo scē crucis. Ad uesperas. et ad matutinum. ymnus.

Salue crux scā salue mundi gloria

uera spes nostra uera ferens gaudia. signuz

salutis salus in periculis. uita - le ligniuz

Te adorandaz te crucez uiuificam per te redempti et

uitam ferens omniuz. dulce decus seculi

semp laudamus sēp tibi canimus p ligniuz

seruum p te sumus liberi. Sit deo patri laus i cruce filij sit coequalis laus scō spiritui cum bi summis gaudiuz sit angelis honor sit mundo crucis hec inuentio. uel. crucis exaltatio. Am

In laudibus. ymnus.

Originale crimen necans in cruce

nos a primatis xpe munda maculis huma

nita tem miseratus fragilem per crucem

sanctam lapsis dona ueniam. Protege salua benedic sanctifica populum cunctum crucis p signaculum. morbos auerte corporis et aīe. hoc contra signuz nulluz stet periculuz. Sit deo patri.

In festo corone dni. Ad uesperas. et ad matutinum. ymnus.

Eterne regi glorie deuota laudum cantica
fideles soluant hodie pro corona dominica.
Coronat regem omniuz corona contumelie
cuius nobis obprobriuz coronaz confert glie.
De spinarum aculeis x̄ corona plectitur: q̄
ministris tartareis mundi potestas tollitur.
Corona x̄ capitis sacro pfusa sanguine penis
solutis debitis reos purgat acumine. tẽpore
resurrectionis. Quesumus actor omnium.
tẽpore ascẽsionis. Tu esto. Laus xp̄o regi
glorie pro corone uirtutibus. qua nos refor
mans gratie coronat in celestibus.

In laudibus. ymnus.

Lauda fidelis contio spine tropheum in
clitum per quam perit perditio ultequ datur

Nos apunctuꝛis liberat eterni pa
tris filius duz spinis pungi tolerat
spinaruz culpe nescius. Quz spi
meritum. narum aculeuz xp̄s pro nb̄ ptulit
p diadema spineuz uite coronaz contulit. Lau
Laudat turba fideliuz qd̄ per spine ludibriuz
purgat creator omniuz spineti nostri uicium.
tẽpore refectionis. Quesum' actor. tẽpore
ascensionis. Tu esto. Laus xp̄o.

In sancti johanis bapte. ad uesperas ymnus.

Ut queant laxis resonare fibris mira
gestorum famuli tuorum solue poluti
labij rea tum sancte iohannes. Nuncius
celso ueniens olympo te patri magnuz fore
nasciturum nomen et uite seriem gerẽde ordi
ne promit. Ille promissi dubius superni
perdidit prompte modulos loquele. sed re
formasti genitus perempte organa uocis. Uen

tris obstruso positus cubili senserat regem
thalamo manentem. hinc parens nati me
ritis uterq3 abdita pandit. Laudibus cives
celebrant supni te deus simplex pariterq3
trine. supplices et nos ueniam precamur pre
redemptis. Amen. Ad matutinum ymnus.

Antra deserti teneris sub annis civium
turmas fugiens petisti ne levi saltem maculare
vi - tam famine posses. Prebuit hirtum
tegimen camelus artubus sacris strophium
bidentes cui latex haustum sociata pastum mel
la locustis. Ceteri tantum cecinere vatum
corde presago iubar affuturum. tu quidem mun
di scelus auferentem indice prodis. Non fu
it vasti spacium per orbis sanctior quisq3 geni
tus iohanne qui nephas seculi meruit lavantem
tingere limphis. Laudibus cives.
In laudibus ymnus.

O nimis felix meritis q3 celsi nesciens
labem nivei pudoris prepotens martir here
miq3 cultor maxime vatum. Serta ter denis
alios coronant aucta crementis duplicata
quosdam trina centeno cumulata fructu te
sacer ornant. Nunc potens nostri meritis opi
mis pectoris duros lapides repelle asperum
planans iter et reflexos dirige calles. Ut pius
mundi sator et redemptor mentibus pulsa
livione puris rite dignetur veniens sacratos
ponere gressus. Laudibus cives. In festo apo
stolorum petri et pauli. Ad vesperas ymnus
sequens totus dicatur. Item matutino dividatur.

Aurea luce et decore rose o lux lucis

omne pfudisti seculuz decorans celos inclito

martirio hac sacra die que dat reis ueniaz

Ianitor celi doctor orbis pariter iudices secli uera mundi lumina per crucez alter alter ense triumphãs uite se natiz laureati possident. In laudibus ymnus.

